

**esse satis prodit, hoc est Gallo: ie terrarum ultime flibus inclusum, quod observavit et Menardus (De concordiae auctore, etc. p. 66) (a).**

Jacet sanctum ejus corpus, non quidem in suo sancti Petri de Montibus monasterio, sed in ecclesia

(a) Legitur hic tractus totidem verbis in cl. Florezi edito, pag. 388. Verum plura insuper alia Valerium scrispsisse, liquet ex ejusdem verbis in *de vacua sacra Sapientia in Ordine querimoniorum* sive *Præfatione discriminis*, apud Floreziun, pag. 397, n. 31: « Nam libros (inquit) quos de *Lege Domini*, et de *sancctorum Triumphis* pro consolatione peregrinationis me r, atque correctionis disciolinge vel scientie industria ipse conscripserat, mili prius cum ingenti contumelia (Flainus pseudo-sacerdos) abstulit. » In *Replicatione sermonum a prima copersione*, pag. 403, n. 45: « Cum in eodem (pergit) necessitudinis loco quemdam Bo. osuui filium enutrem, et illi pro eruditione præcipuum conscriptum assens libellum, etc. » B *Nam in Residuo superiorum querimoniarum*, pag. 411, n. 66: « Librorum vero volumina, tam quæ pro quotidiano officio, quam pro sanctuarum festivitatibus pro ordine pertinet anniversario, vel etiam di-

A quatuor fere milliaribus inde dissita sancti Michaelis Archangeli: ubi magna religione et peregrinationibus frequentibus, uti et solemni festo die xvi Aprilis in Asturicensi Ecclesia, rite colitur (b).

versarum sanctarum Scripturarum, quod ad ædificationis profectum atque industrie documentum proficit animarum, utraque altarium sanctorum juvante Domino plenarium accelebravi | Rest. acceleravi | compen' ium, etc. » Quæ ad ecclesiastica officia, id est ad altaris et chori servitium spectare videntur. Vid. de his Florezius, t. XVI, p. 315. Acrostichidem quamdam inter ejus opera apud nos habemus, cuius summa litteræ sunt: MISER VALERIUS: cujus aliquando copiam vulgo faciemus. (Vide infra col. 425) CARDINALIS ACUTIRE.

(b) Cl. Florezius, t. XVI, pag. 342, n. 36 et 57, omnino nostrum sinistra aliorum relatione deceptum, et Valerium, sicut ipse vivens e Deo postulaverat, in sancti Petri Montensis cœnobio ad Dominum intrasse, ibique venerandum ejus corpus ad hanc diem religiose coli, asserit.

## SANCTI VALERII ABBATIS

### OPUSCULA.

(Florez, España Sagrada.)

#### PISTOLA DE B. ECHERIA.

*Incipit epistola de beatissimæ Echeriæ laude conscripta fratrum Bergidensium monachorum a Valerio collata b.*

1. Queso ut intento corde pensetis, sancti et Deo placiti fratres, quanta sit exercitatio operum diversorum premia adipiscendi regni coelorum. Dum fortissimorum virorum sanctorumque attendimus acta, feminæ fragilitatis magis constantissima admiratur virtus efficacia, sicut beatissimæ Echeriæ cunctorum secularium fortior virorum eximia narrat historia. Iaque dum olim almifica fidei catholice crepundia, lucislaque sacræ religionis immensa claritas hujus occidua plague sera processione tandem resulisset extremitas, eadem beatissima sanctimonialis Echeria, flamma desiderii gratiae divinae succensa, majestatis Domini opitulante virtute, tois nisibus, intrepido corde immensum totius orbis arri, uit iter. Sicque paulisper duce Domino gradiendo pervenit ad sanctissima et desiderabilia loca, nativitatis, passionis et resurrectionis Domini atque innumerabilium sanctorum per diversas provincias vel civitates corpora martyrum orationis gratia ædificationisque peritia. Quanto plus sancto dogmate indepta, tanto amplius inexplicabilis æstuabat in corde ejus sancti desiderii flamma. Cuncta igitur Veteris ac Novi testamenti omni indagatione percurrens volumina, et quæcumque sanctorum mirabiliorum loca in diversis mundi partibus, provinciis, civitatibus, montibus, ceterisque desertis reperit esse conscripta, sollicita expe-

\* Ita et Morales nominat lib. xii, cap. 51. Tam vero Eucheriam ad diem 25 Febr. Cod. Goih. Tolet., Egerie; Carrezedensis, Echerie, et Et er. a.

ditione licet per multa annorum spatia peregrinando proficisciens, tamen cuncta cum Dei juvamine perlustrans, tandem parte Orientis ingressa sanctorum summo cum desiderio Thelæorum visitans monachorum glorioissima congregationum cœnobia, similiter et sancta anachoretarum ergastula. Unde benedictionibus sanctorum plerumque munita, et dulci alimoniae claritatis referta, ad cunctas Ægypti convertit provincias, et omnes antiquæ peregrinationis Israëlitici populi summa intentione perquirens habitationes, singularumque provinciarum magnitudines uberrimas, fertiles, atque perspicuas, urbiumque munitiones, et varias pulchritudines per singula describens cunctarum venustissimam laudem.

2. Post hæc sacratissimi montis Domini gratia orationis, desiderio denique inflammata egressionis filiorum Israel ex Ægypto sequens vestigia, ingressa est vastas solidudes, et diversa eremii deserta, que ad singula Exodi libri declarat historia. Ubi Israëliticus populus triduo sitiens, ambulans sine aqua, atque ubi illis murmurantibus ex durissima petra eduxit Dominus per Moysen inæstimabilem aquam, et eorum fides permanit ingrata, ibi in corde istius Deum cœlentis influit sous aquæ vivæ, salientis in vitam æternam. Et ubi multitudo illa esuriens ex dispensatione divina sanctorum de cœlo fluente percepit manna, insuper fastidiens Ægypti execranda quæsivit alimenta, ibi ista cibo verbi Dei refecta infatigabiliter agens gratias Deo, carpebat iter intrepidus. Illi autem crebro vocem Domini audientes, gra-

» Ex Codicibus Carracedensi, duobus Toletanis et altero Æmilianensi.

\* Cod. Tolet., charitatis.

tiam ejus die noctuque in columna nubis atque ignis præcedere cernebant, insuper ambigui retro redire cogitabant; hæc evangelica voce semel indepta ad montem Domini procul dubio <sup>a</sup> gaudens properabat nulla habitatione detenta. Illi quadraginta dierum spatio Moysen cum lege Domini non sustinentes, idola sibi pro Deo fabricaverunt sculptile: hæc autem adventum Domini post finem saeculi exspectans velut præsentem attendens, ad montem sanctum Sina unde eum speramus in nubibus cœli suo tempore advenire, seminea fragilitate obliterata, hujus <sup>b</sup> montis ardua proceritate cuius cacumen usque ad nubium altitudinem contiguum eminet, infatigabili gressu dextera divina sublevata, pervolat. Sic ope divinæ pictatis evehente, ad ejus saxei montis sanctam pervenit summitatem, ubi ipsa divina majestas omnipotens Deus, dum beato Moysi sanctam præberet legem, dignatus est habitare. Ubi cum omni exultationis letitia, inter crebra orationum præconia salutares Deo obtulit hostias, et infinitas gloriose majestati ejus referens gratias, ad visenda ulteriora processit. Denique super quod universi pene orbis terrarum lustravit conlinia, etiam et aliorum similliter curavit ingentissimorum concendere cacumina montium, id est, præcelsum montem Nabau, sæpe dicti Sine similem, de cuius summitatis vertice beatus Moyses terram repromissionis est intuitus, [et in codem loco decidens dicitur ab angelis suis se sepultus <sup>c</sup>]. Alium supereminenter Faram valde procerum, in cuius summitate erectis brachiis oravit Moyses, pugnante populo, donec Victoria fieret. Nec non et immanissimi montis Thabor superclivum, ubi Dominus cum Moyse et Elias discipulis glorificatus apparuit. Atque alium ejusdem comparem, valde ingentem, qui vocatur Hermon, in quo se Dominus cum discipulis [suis] resicere consuevit; aliumque valde excelsum, in quo Dominus discipulos <sup>d</sup> beatitudines docuit, qui eremus appellatur. Et alium similiter altum nimis, qui dicitur mons Eliæ, in quo habitavit Elias propheta, et centum prophetæ absconsi sunt. Item horum similem super Jericho imminentem, similiter a Domino consecratum. Quos cunctos pari prædestinatione concendens, et quia per singula eadem loca singula sanctorum ecclesiarum constructa sunt altaria, ubique cum gaudii exultatione et gratiarum actione, omnipotenti Deo obtulit vota. Igitur palam datur intelligi, quia dum altitudinem regni cœlorum, consortiumque sanctorum virginum in paradyso deliciarum, et præmia gratiarum, ardenti animo, et totis visceribus, summoque desiderio impetrare quisivit, tot montium infatigabiliter incessabilibus, saltim illata verticibus, opitulante Domino,

A tam ingentis fastigii penitriam serventi animo leviter tulit. Quis pensare poterit quantus in corde ejus riguerit futuri judicij timor, quantus dilectionis summae charitatis fluctuaverit timor, quantum exarserit spei divinae ac fidei ferventissimus ardor, quam totius mundi iter non quassavit, Maria procellosa ac flumina ingentia non conclusit <sup>e</sup>, montium inumanitas, diraque asperitas non imminuit, gentium impiorum truculentissima atrocitas non perterruit, nisi omnem desiderii sui devotionem, juvante Domino, usque in finem irrevocabili audacia procul dubio perpetravit?

B 3. Ideo, fratres dilectissimi, cur non erubescimus qui viribus corporis et integritate salutis consistimus, mulierem patriarchæ Abrahæ sanctum complesse exemplum, quæ femineum fragilem sexum propter vitæ æternæ præmium sempiternum in fortitudine produxit ut ferrum. Quoniam dum in penuris constrictionum calcat hunc mundum, in requiem et gloriam exultationum adepta est paradisum. Quæ extremo occidui maris Oceani littore exorta <sup>f</sup>, Orienti facta est cognita. Dum anime sue quereret remedium, multarum animalium sequendi Deum mirabile præbuit documentum. Hic requiem noluit habere, ut ad sempiternam <sup>g</sup> requiem fiducialiter cum palma victoriae perveniret. Hic terrenum corpus terreno honore maceravit, ut coelesti Domino coelicolam animam innocuam præpararet. Hic se exercuit ultronea libertate peregrinam, ut in choro sanctorum virginum cum gloria coeli regina, Domini genitrix Maria, aetherea hereditaret regna. Interdum, dilectissimi, qui ultiro nos vovimus in religionis batitu fideliter Domino deservire, ac si non prævaleremus bujus infatibilis exempli tante semine meritis sequi, arando gratiam Domini promereri, tamen quia multæ sunt vite meritorum quæ ad unam patriam pergunt regi cœlorum, in quantum opitulante Domino virtus substiterit, in laboribus, in vigiliis, in jejuniis, crebrisque orationibus, atque diverso regulari officiositatis exercitio, sic nos debemus die nocteque infatigabiliter præparare, ab omnibusque illicitis voluptatibus, et mundanis illecebris, atque diversis flagitiis, abstinerere: ne forte dum sub negligentia hoc exiguum temporis spatium expendimus, tunc quando illa cum sanctis virginibus illic, ubi in hac vita pedibus peregrinavit, venienti Domino clarifice sanctitatis oleo flagrante lampade, cum ceteris sanctis in melio aere cum omni gaudio occurrerit, nos [quippe] quod absit, januis clausis fuscatis lampadibus foras exclusi atque nequieri abjecti remaneamus, et frustra introitum vitæ poscamus, qui adventum Domini cum desidioso torpore seguireremus. Reminisca-

<sup>a</sup> Gaudiens scriptum in Cod. Carraced.

<sup>b</sup> Carracedensis Codex, montis quo usque, etc.

<sup>c</sup> Desunt in utroque Toletano.

<sup>d</sup> Ita Toletani. Desunt in Carracedensi.

<sup>e</sup> F., pedestris, pro peregrinatione pedestri.

<sup>f</sup> Scindunt est pluralia neutri generis nomina verbi singularis numeri, Græcorum more, a scriptoribus nostris (seu transcriptoribus) sub jugo Sar-

cenorum copulari.

<sup>g</sup> Discere hinc potes indigenam suis Echeriana hujus de qua loqui our provincie; hanc enim Occidens alluit Oceanus; et Valerius ipse hujus Occidens plaga (in qua ipse degebat) extremitatem nominavit, cum de Echerie agit in Orientem profectione.

<sup>h</sup> Tolet., Gloriam.

<sup>i</sup> Leg. onore.

mur Domini nostri verba dicentis : *Ambulate dum lucis est et tenebras vos comprehendant. Et: Qui perseveraverit usque in finem hic salvus erit. Quia*

EPITAMERON <sup>a</sup> CONSUMMATIONIS LIBRI HUJUS.

<b>Pro adiunctione morum atque correctione animarum</b>	<b>M</b>
<b>&gt; djuvante clementissima pietatis opitulatione omnipotentis Domini</b>	<b>I</b>
<b>Buis, beatissime Pater, obediens confidens suscipiens praecepti</b>	<b>S</b>
<b>Preligiose vita ignaria fratibus pandere desiderans tramit</b>	<b>E</b>
<b>Tn quantum mea valuit extremitas crebra percurrentis volumina confidente</b>	<b>R</b>
<b>Conceps presentis libri dogmatum Patrum consumarem instinct</b>	<b>V</b>
<b>Optatur hinc jubat doctrinæ coruscans premicante luce præclar</b>	<b>A</b>
<b>Nam sicut innimene die tenebras noctis effugat oriens so</b>	<b>L</b>
<b>Precedens igitur hac lux in tenebroso ignorantiae corde simile seminat</b>	<b>[claritat] E</b>
<b>Cum velut ubertum dulcis fluctuans b latix in arente terra diffunditu</b>	<b>R</b>
<b>Et multipliciter centupliciter fructus telluris agr</b>	<b>I</b>
<b>Ostenditur ergo animarum segetem ex hujus gurgitis rigari fluct</b>	<b>U</b>
<b>Uberrimas affluentes et indeficientes paradisi perspicuas secundare e</b>	<b>[delicia] S</b>

## DE VANA SÆCULI SAPIENTIA.

4. Quasso ut non phalera ornamen torum , neque pompa ex celorum inquiras <sup>d</sup> verborum , neque imperiorum attendas per singulorum discedentium temporum ordinem rerum, dum stupenda iniquorum hujus saeculi dementia , quod stulti aestimant esse prudentiam . tuam , almisce <sup>e</sup> Pater, consilus simplici tenore alloqui cupio beatitudinem .

5. Cum autem in exordio mundi, post ruinam angelice prævaricationis, præparasset Deus inferni claustra cum immensis atque infinitis atrocissimis pena rum suppliciis diabolo et angelis ejus ; et inenarrabilem pulchritudinis amoenitatem paradisi cum ineffabilibus atque immensis deliciis præparasset primo homini cum filii suis : crudeli stimulatus zelo atrocitatis et vissim inimicis, flamma invidiae magis magisque successus, ne illa pars que per superbiam ruerat angelorum de hominibus repararet , ita præstigio prævaricationis sua invidens obligavit genus humanum, ut obliviscens dereliqueret Deum creatorem suum ; et adorans excolet diabolum in sculpilibus vanis et inanibus simulacris .

6. Videns igitur omnipotens Deus ignorantiam excitatis atque stultitiam prævaricationis humanæ, nisi unigenitum Filium suum in hunc mundum ; qui dum tanquam sol oriens præ fulgore claritatis sue universas mundi effugavit tenebras, ita Salvator Mater primo incarnationis sue adventu sumptam humanæ naturæ ex Virgine induens carnem, peritura, ignorantiaque caligine tenebrosum, sua præmiente claritate illuminavit mundum, eumque ve lu parvulum nutrix gremio gestans, pedagogia alienoræ emultriens, doctis Patrum exemplis fovendo mirabiliorumque prodigiis mulcens virtutum, de fluvius aris naufragio ereptum, ad ceptum perduxit fidei portum ; sacra vero Evangeliorum documenta que ore protulit, cuncta opere complevit ; suam vero

<sup>a</sup> Tol. post Epitameron addit, id est, consumatio nis la Carracedensi Cœlico haec non exstat acrostica inscriptio.

<sup>b</sup> Emil., latræ ; Tol., latr., scilicet i pro e (lates), et frequenter (sicut e pro i) in Codicibus Gothicis.

<sup>c</sup> Emil., redundant delicias.

<sup>d</sup> Ms. verba.

<sup>e</sup> PATROL. LXXXVII.

B Ecclesiam passione redemit, pretio sanguinis comparavit, [crucis trophyo munivit <sup>f</sup>], morte sua mortis interitum perfecit, atque resurrectione sua fiduciam humanæ resurrectionis et spem vitæ aeternæ patefecit; inde venturum se ad judicium terrible evangelica voce prædictit.

7. Ante Ascensionem vero suam cœtum apostolorum sanctorum discipulorum suorum, quos attentius docuit et perfectius erudit, ad residnas mundi <sup>g</sup> ignorantiæ tenebras misit ; qui Magistri et Domini sui sequentes exemplum, dividentes sibi cunctis ævi partibus, egressi Spiritu sancto repleti, per atria saeculi cœcitatem, velut lampades accense, universum mundum illuminantes, lustraverunt orbem terrarum ; verbum Dei prædicantes docuerunt omnes gentes, baptizantes eos in nomine beatissimæ Trinitatis. Qui Ecclesiam catholicam multiplicant in ordine honoris sui, sanctos constituentes pontifices , cum martyrii palma , triumphique Victoria', Domini ac Magistri sui sequentes vestigia, atque cum eodem in regno conplete aeterna nunc exsultant in gloria.

8. Quorum immensa martyrum agmina sequentes exempla, a sene usque ad infantem, puruli, juvenes et adolescentes, virgines et viduae, ceteraque feminæ <sup>i</sup> virorum copula nubentes ; cunctas mundi divitias respuentes, omnemque carnalem parentelam atque hereditatem terrenam quasi stercora despicientes, non solum ex plebeio cœtu vulgari conversatione degentes, sed et pontifices, reges, dukes, atque diversi saeculi potentes. Inter quos quantum nostra nosse potuit ineptia, pauca de plurimis distinguemus nomina. Id est , de pontificalis sacerdotii culmine immensus est numerus. De regali vero fastigio, meminimus Cœsarem nomine Crispum ; regem Gothorum Ermenegildum ; regemque Barbarorum Aucuiam, Ypolitum ducem, Georgium comitem , et reginam nomine Alexandriam. Qui cum diversis su-

<sup>f</sup> Id est, abbas Donadeus.

<sup>g</sup> Desunt in Tol. Goth. et in Ämil.

<sup>h</sup> Ämil , ignorantia ; Carraced., ignorantias.

<sup>i</sup> Carraced. et Tolet., pauperibus.

<sup>j</sup> Lego : virorum copulam neccientes ; statim enim subdit : Propterea conjugia... despicerunt.

praefati, deserentes thesauros et praedia, atque cunctam immensam opulentiam, ceteraque phalera, ac voluptuosam saeculi pompam, persecutionis atrocitate ac iter irruente, ultra se persecutoribus atque carnificibus offerentes, tradiderunt violentis corpora sua tormentis, ignibus, feris, equuleis, unguis, carcere, catenis, lapidibus, flagellis, et gladiis, ceterisque penarum generibus. Quoniam propterea hic quis non miseri sunt membris, sed hoc mortale atque corruptibile corpus in interitu tradiderunt, ut illud perpetuum immortaleque angelicæ claritatis compar corpus a Domino reciperent, in gloria sempiterna prenuntier permanensi; proinde exultantes tradiderunt animas suas in morte, ut cum triumpho victoriarum, et palma virtutis, ad regnum ascendentem coeleste, a Domino coronas immarcescibles atque splendiflue claritatis stolas vitae æternæ perciperent. Propterea putredine divitiarum periturosque thesauros despexerunt in hoc mundo, ut immensum et infinitum thesaurom possiderent in regno cœlorum. Propterea conjugia, et carnalem parentelam, atque transitoriam hereditatem terrenam execrantes despexerunt tanquam stereora, ut in illa inenarrabili vita perpetua gloria infinita consortium perciperent angelorum, cum quibus regnantes exultabunt in saecula saeculorum. Amen.

9. Post eorum vero triumphi victoriam, monachorum et puerarum sancta constructa sunt cœnobia: in quibus utroque sexu genere nobiles, et divitiarum facultatibus locupletes, despicientes saeculi lascivientis delectamenta, atque illecebrantem mundanæ deliciae opulentiam quasi nihilum reputantes, quod inundi est mundo derelinquentes, nihil sibi proprium vindicantes, suis propriis famulis ac diversis vilibus compares effecti personis, sub leni Redemptoris jugo cervicem cordis edomantes, seminudi, expeditique fidei ardore succensi, alacri nisu servantes, se Domini servitio manciparunt.

10. Alii similiter saecularem conversationem deserentes, sicut fecerunt Orientales Thebæi Patres, ad deserta vastasque solitudines consugerentes, parvi quo et angustis tuguriis inherentes atque per antra et diversis terræ cavernis permanentes, hirsutis pellibus induentes, in solo pane et aqua viventes. Alii autem ita s. colli vanitatem derelinquentes, ad eremi deserta consugerunt, ut omnem occulsionem atque subministracionem humanam omnino refellerent; et n. Ha habitacula aut sedes proprias habentes, nisi per diversas solitudines inter bestias atque diversa ferarum genera singillatim solitariique divagantes, ubi unumquemque eorum nox occupasset manebant, herbis herbaceisque radicibus vescentes usque ad finem vitæ presentis in ipsa necessitudinis penuria durantes permanserunt. Illic illi, qui supra præfati, in omni abstinentia degentes, vigilii, jejuniis et orationibus sine intermissione at-

A que diverse artis operibus vacantes, cunctisque religionis exercitiis et psalmodie officiis jugiter studentes, humiliantesque se usque ad mortem, viam angustam arripientes, arctam martyrii tenuerunt vitam, sicut scriptum est, quia duo sunt martyrii genera, unum in occulto, alterum quoque in publico. Martyrii meritum in occulto est, cum virtus ad passionem prompta flagrat in animo. Quique occulti hostis insidias tolerantes, suosque in hoc mundo adversarios diligentes, cunctis carnalibus desideriis resistentes, omnesque lascivientis saeculi illecebras respuentes, atque in rigore abstinentia degentes, et cuncta exercitii spiritualis studia exercentes, per hoc quod se omnipotenti Domino in corde mactaverunt, etiam pacis tempore martyres B fuerunt, et similes cum primis martyribus victoriarum atque immarcescibles coronas acceperunt; qui usque ad finem hujus vite in occulta martyrii contritione perseveraverunt. Hoc autem latitudinem mirum est, quod illis temporibus homines initio catholicæ fidei imminente, nequum perfecte documentis veritatis instructi, sed tantum credulitas exordium indepi, ardore fidei serventes perfecte martyrii trophæo, diversoque confessionis bravio agonizantes, et feliciter triumphantibus, victores regna coelestia penetraverunt.

11. Nostris vero temporibus homines Veteris et Novi Testamenti peritia diligenter imbuti, et quotidie Dominum evangelica voce audiunt clamantem et dicentem: *Venite ad me, omnes qui laboratis, et onerati estis, et ego reficiam vos. Tollite jugum meum super vos, et discite a me quia misericordia sum et humilis corde, et innocentis requiem animabus vestris.* Denique regnum cœlorum, et paradisum deliciarum, consortium angelorum, vitam æternam, et retributionem justorum non ignorant; adventum autem Domini, et judicium ejus procul dubio neverunt esse venturum; infernum enim pessimum, tartarum tembrosum, ignem æternum, vermeum immortale, tormenta non finienda, ululatum, gemitum, et stridorem dentium. Et ne forte inferni non eredentur atrocissima esse incendia, sacra teste fateor Scriptura, quia præ ceteris locis in Sicilia terræ insula <sup>c</sup> per illam horrendam et pessimam Vulcani ollam horribilis vorago de profundo abyssi super illam terram sevissimam eructat flammam, ut qui inferni incendia non credunt auditæ saltum pertimescant vel visa <sup>d</sup>.

12. Crebro audivimus Evangelium dicentem quod hui qui ad dexteram metuenda majestatis Domini iudicantis, et ad ejus terrible tribunal constituendi sunt justi in angelica transformati specie, quorum vultus fulgebit sicut oriens sol radiat in virtute sua, atque niveo vibranti candore induiti stolis in conspectu Domini premiantes, in gloria lucis cui canoris astantes, audient illam suavem Domini vocem,

<sup>a</sup> Emil., *illecebrum.*

<sup>b</sup> Ita Emil.; alii, *comparantes.*

<sup>c</sup> Ita Emil.; alii, *per illa (m) deficiente hic et in sequentibus) voragine... eructuabat flamma.*

<sup>d</sup> In Toletano Gothicō adest hic titulus: *De Judio et dextris*, qui in aliis desideratur.

<sup>e</sup> Ex Emil. Alii, *de ejus terribili tribunal.*

dicentis : *Venite, benedicti Patris mei, percipite regnum quod robis preparatum est a constitutione mundi, et cetera.* Huius autem qui ad sinistram consistent, audiunt illam terribilem ac truculentam Domini vocem, dicentis : *Recedite a me, maledicti, et ite in ignem aeternum, qui preparatus est diabolo et angelis ejus.* Tunc prae magnitudine judicantis excindetur vallis illa lacrymarum, quæ dicitur Josaphat, et apparebit vorax ille pessimus lacus igne, pice, bitumine et sulphure inter undas flamarumque procellas ebulliens fervoribus glomeratis, inquietis et immortalibus vermis plenos, ad poenarum interitum preparatus, ubi nulla misericordia, nec tenuis refrigerit aura reperitur. In quo una cum diabolo et angelis ejus precipitatuntur omnes impii, et iniqui, seu peccatores, atque injusti. Tunc jussu Domini desuper reclaudetur terra, et remanebunt infelices in illis exterioribus tenebris, et diversis atque inquis tormentorum suppliciis infinitis. Et sic ardebunt usque in sempiternum, ut querant atque desiderent finem mortis, et inveneri non possint. Quia mors erit sine morte, et defectus indeficiens, et finis infinitus. Post haec autem erit eorum novum, et terra nova, praesul gens splendidior septies argento; et lux splendiflui atque immensi candoris radiane claritate perpetua, absque aliquo noctivago fuscante lubrico permanebit in aeternum.

13. Tunc illa inestimabilis sancta patebit coelestis civitas Jerosalem, gloria ex auro purissimo, immensa magnitudinis murorum munitione constructa, omnique lapide pretioso perspicua pulchritudine exornata. Per quadras autem quatuor partes terrae armata claustris, et per singulas duodenos numero portas ex singulis constructis coruscu fuligore praemicantibus margaritis, cum summa letitia exultationis cuncti ingredientur Jerusalem Dei omnipotentis, atque purissimis et innocuis gressibus auro purissimo vibrantes gradientur plateis. Sicque eximia venustate glorificati adorabunt Dominum creatorem suum in sua excellentissima maiestatis inenarrabili claritate thoro gloriae praesulgentem. Sic denique singuli virtutum suarum compares meritorum egregiis contingit conglomerationi choris, singularum illic colloca- buntur gremiis siderearum mansionum, atque inter inenarrabiles illas nemorum et herbarum perspicuo viro et venustissima secunditate perpetuo flore vernantes, ambroseisque aromatis nectareo odore fragantes, et exuberantes diversas paradisi deliciarum amoenitates, cunctaque immensa illa regni coelestis praesulgarante gloria, quod humana non potest estimare fragilitas. In quibus omnes in prima juvenilis vernante aetate, atque in angelicæ claritatis transformati specie praemicentes, exultabunt in sempiterna vita perenni proceritate laudantes Dominum creatorem omnium, cuin quo sine fine

A regnabunt per infinita saecula saeculorum. Amen. 14. Quoso igitur ut unusquisque qui sanum sapis, attendat quanta sit stultitia in eo qui se gloriat in scibili habere sapientiam, aut quanta est insita mendicitas per inexplebilem voraginem cupiditatem hujus mundi perituras aggregare divitas, cum omnis incunctanter noverint in regno coelorum immensi thesauri praemium iustis esse repositum, et aeternum poenarum interitum in profundum inferni injusti esse preparatum. Atque cum unicuique hominum data sit proprii arbitrii libertas super terram, ut de his duabus partibus sursum ad deorsum, quam quisque elegere possideat, similiter et duas viæ constituta sint nobis, id est, arcta et angusta, quæ ducit ad regna coelorum, et lata et spatiose, quæ ducit ad infanda supplicia inferorum, ut quam quisque incederit, ambulet in ea. Iter angustum est, ut se homo in humiliationem corporis, et contritionem cordis in omni abstinentia rigore coactans, omnia quæ mala sunt respiciat; et quæcumque sunt bona et Deo placita instanter peragat. Atque quodcunque in se non vult fieri, ne cuiquam faciat, sed quod in se desiderat evenire, hoc in alio sine dolo desideret. Lata vero et spatiose via est voluptuosa et execrabilis carnis corruptio, atque lascivia, temeratrixque probrosa flagitorum, criminum, facinorum, vel cunctorum peccatorum mortis obnoxia. Videamus nunc denique, atque diligentius cordo pensemus, qualis est ista quæ a stultis sepe laudatur mundi sapientia, ut viam vitae aeternæ voluntarie relinquant, et C viam mortis perpetuae grataanter incedant. Aut qualis est illa dementia quæ in seculo assimilatur easse prudepsia, ut cognoscant electos Dei veram sapientiam veraciter possidentes universa mundi delectamenta tanquam stercore respuentes, viam angustam arripientes, prævii Pastoris altissimi esse sequipedas, cum quo nunc exsultant in regno coelorum, et cum ipso regnabunt in secula saeculorum. Amen.

15. D Hi autem antiqui hostis versutissimam indepti peritiam, per insatiabilem et execrandam saeculi cupiditatem, quæ est radix omnium malorum, per cunctaque illecebrosa sevi criminis atque immunitatis facinora, ampla et spatiose gradientes via, diabolica sequentes vestigia, alacres properant ad semipiterna incendia, ad diversaque diabolo et Angelis ejus preparata crudelissima inferorum genera tormentorum, cum quibus atrociter cruciabantur per aeterna saecula saeculorum. Quoso ne quis haec quasi cum editione attendit nova, apocryphorum estimet deliramenta, quia de ingenti sanctarum Scripturarum lumine haec exigua fideliter derivantur fluentia.

16. Si infirmitas nobis molesta fuerit, non contristemur, si tanquam infirmitate et molestia corporis non possimus stare ad orandum et psallendum ad

<sup>a</sup>Emil., formata.

<sup>b</sup>Carraced., et regis.

<sup>c</sup>Ita <sup>a</sup>Emil. Alii : quantum est. Duo Codices, infra; alter Tolet., infra i.

<sup>d</sup>Ita <sup>a</sup>Emil. Alii, II*i*.

<sup>e</sup>Ille desinit Codex monasterii sancti Emiliani,

et apographum Toletanum D. Joan. Bapt. Perez. Sequentia forte alterius sunt operis fragmentum; idque ipsa indicat materia, quæ non bene cum precedentibus colligatur. Toletanus autem Gothicus Codex post fluentia, addit : *Item dixit : Si infirmitas, etc., ut in Carracedensi.*

vocem. Haec autem omnia nobis prolixiunt ad destruenda corporis desideria. Quoniam jejunia et labores propter turpes delectationes nobis constituta sunt. Si enim aegritudo ista redundet et superflua: de his observandis ratio sit. Sicut enim magno et forti medicamine aegritudo, ita aegritudine corporis vita reciduntur. Et haec est magna virtus, quando infirmitatibus tolerantia fuerit, et gratiarum actione naturatur ad Dominum. Si amittimus oculos, non seramus graviter; exteriorem ministerium amissimus quidem, sed interioribus oculis gloriam Domini speculamus. Surdi facti sumus, non cogitemus quia amissimus auditum vanum. Manus nostra ex aliqua passione debilitate sunt, sed interiores paratas habemus adversus inimici tentationes. Infirmitas totum corpus nostrum tenet, sed interiori homini nostro sanitas crescit. Deo gratias semper.

#### DICTA BEATI VALERII AD BEATUM

DONADEUM SCRIPTA.

[*De Marimo monacho, qui Valerio visionem propriam retulit de paradisi amoenitate, et de lamentis baratri.*]

17. Et ut de his duabus retributionibus expedictis manifestius pateat, quod modo nostris temporibus per divinam comperi dispensationem, tunc proculo sanctitudini intimare. Dum olim adhuc adolescentulus a terra nativitatis meae flamma desiderii aere religionis accensus ad eadem quietis loca festinans fuisse egressus, contigit ut in quadam magnae dispositionis ecclesia, in qua erat plerunque congregatio fratrum, aliquanto tempore commorasse. Inter quos erat quidam frater nomine *Maximus*, librorum scriptor, psalmodiae meditator, valde prudens, et in omni sua actione compositus, in cuius praeceteris erant charitatis amore connexus. Provenit ut eodem tempore, gravi invalescecente aegritudine, corporali molestia percussus moreretur, et post multa horarum spatia iterum reverteretur in corpore. Sic denique pristinam recipiens salutem, mihi per ordinem referebat: Statim ut egressus sum e corpore, susceptus sum ab angelo lucis, cuius pulchritudinis comparationem non valeo enarrare, et perductus sum in amoenissimum locum, cuius venustissimi decoris speciem nulla bujus mundi pars, nec verno tempore potest habere similem, nec ulla cogitatio ejus comparationem potest adhibere. Nam praeclara lux inenarrabili splendore candoris ibidem praeufigurabat claritate. Praecedens etiam ipse, et ego subsequens per ejusdem paradisi delicias, diversarum namque herbarum totus ille jucundis-

<sup>a</sup> Aliquid forte deest, aut superfluat legendum.

<sup>b</sup> Ita explicit Tol. G. th. Haec tria vero verba, *Deo gratias semper*, in ceteris desiderantur Codicibus.

<sup>c</sup> Ita Tol. Alii, quomodo.

<sup>d</sup> Emil., ejusdem.

<sup>e</sup> Carraced., communarem.

<sup>f</sup> Ita Emil.; Carraced., inenarrabilem... claritatem.

<sup>g</sup> Carraced. et Emil., herbarum., Tol. recentior, arborum.

<sup>h</sup> Emil. adlit. erat.

<sup>i</sup> Tol., perspicuo sargum; Carrac., perspicuo sar-

A simus pagus varia inmarcescibilium florum specie erat picturatus; rosarum rutilante rubore, lilio rum præmiente candore, purpureo, croceo, diverso que indiscreto colore, cuncta præfulgebant coruscante decore. Stupens cernebam hinc indeque perspicuos argium multiplices per totum dispositos nemorum saltus venustissime admirationis i vigore secundos; vernansque micabat universarum inessibilis pulchritudo eximiis præmiantibus ru tilabat ligustris, atque egregia redolens mulcebat timiam suavitatis, nectareoque flumine aromatizans fragrabat ambroseus odor. Dum haec cuncta exteraque inenarrabilia, que nec os meum sufficit ad loquendum, nec cor meum cogitationibus queat comprehendere, insolito stupore mirarem, pervenimus in medium ejusdem siderei paradisi, ubi mira pulchritudinis almificus decurrebat rivus. In quo venustissimi candoris aqua super argentea relucebat arena. Et sic ait ad me angelus: Gusta de hac aqua. Erat enim egregii et inenarrabilis saporis, et velut balsamum fragrans. Iterum dixit: Habet terra tua talem aquam? Et ego responsi: Terra illa nihil in se bonum habet. Et deducens me per illa amoenissima loca, pervenimus ad extremum. Itaque dixit mihi: Placest tibi locus iste? aut si habet terra tua talem amoenitatem, vel si vis hic habitare? Ego vero osculans pedes ejus, respondi dicens: Volo, domine, hic semper tecum permanere, quia terra mea execrabilis et infanda est, nihil in se bonum habens, nisi scandalum et perditionem.

C 18. Post haec perducens me ad extremum deficiente terra, ostendit mihi horrendum atque terribilem abyssum. Erat autem excisa terra deorsum usque ad profundum inferni. Et dixit ad me: Inclina modo aurem tuam in hoc precipitio. Et inclinans me ad illud horrendissimum profundum, nihil poterant videre, quia nebula tenebrosa ascendebat inde in altum, ut pro niro videretur ejusdem paradisi. Intendens igitur deorsum auscultabam, et nihil aliud audivi nisi ululatum, gemitum, lamentum et luctum, atque stridorem dentium, et fetor qui ascendebat intolerabilis et horrendus. Nimio namque pavore perterritus exclamavi ad eum dicens: Domine, tene me, ne cadam. At ille dixit: Ne timeas, quia non cadis modo. Surge nunc. Cumque me erigerem, tremens et pavens assisterem, dixit mihi: Quid tibi magis placet ex his? Illa amoenias quam prius vidiisti, an iste infernus quem novissime intuitus es? Et ego responsi: Hoc mihi placet, ut in ista amoenitate tecum permaneam, quia ad illum pessimum in-

qui, Emil., perspicuo sagum multum præpicebunt totum, et dispositis nemorum saltus. Corrupti omnies. Scilicet, ultinam ex voce perspicuo litteram, primam argum fecerunt. Sunt autem arges spinosa virgulta, ut ipse innuit Valerius in sancti Fructus Vita, n. 4: « Nudis, inquit, vestigiis penetrabat loca nemorosa arpis densissima. » Et hic, n. 29: « Argum densitate detersum. »

<sup>j</sup> Emil., virore.

<sup>k</sup> Ita Emil. Alii, pulchra.

<sup>l</sup> Tol. et Emil., radiabat.

ferum nec respicere possum. Ille igitur dixit mihi : Bene. Vailens modo revertere in domum tuam, et si tunc egeris, beneque pœnitentis, mox iterum [cum] reversus fueris in isto amoenitatis loco te suscipiam, et mecum permanebis usque in æternum. Si autem nequiter egeris, et non pœnitendo emendaveris viam tuam, [mox dum iterum reversus fueris<sup>a</sup>] statim in bujus pessimi inferni perpetuo præcipitaberis iterum.

19. Ego vero haec audiens prostravi me ad pedes ejus, deprecans et dicens : Domine, fac in me misericordiam, ut me ad terram illam iniquissimam non remittas, quia hic tecum esse desidero. Sed nec possum, nec scio ubi redeam. Et ille dixit : Si non sis<sup>b</sup> quo revertaris, ego tibi ostendo. Vides viam in monte illo ? vade per illam. Et cum pertransieris spum montem, invenies tres viros, unum scribebent, alterum dictantem, tertium autem baculum tenentem. Cum autem perveneris ad eos, illum saluta qui baculum tenet, et ipse ostendet tibi viam, per quam ambules. Haec audiens cum jam contradicere non auderem, direxi eadem via alacri velocitate; et pervenies ad illos tres viros quos audieram, salutavi illum quem jusserat; et ostendens mihi dixit : Hac via perge. Dum autem velociter carperem iter, subito aperiens oculos, et ecce collecta vicinia mea exhibentes exequias, corpusculum meum in medio positum funeris ex more reddebat officium. Qui statim ex infirmitate convaluit : et aliquanto tempore in hoc sæculo vixit. Agens deinde penitentiam, iterum migravit e corpore.

#### DE BONELLO MONACHO,

[Qui revelatio inferni facta est, et s. apud Legionenses civitatem ad sanctorum martyrum corpora retraxit, ac ibidem dum haec Valerius scriberet permanebat.]

20. Haec igitur [tuæ] beatitudini narrans aliud huiusmodi simile reminiscor. Quidam religiosus, nomine Bonellus, olim ad me veniens, cum summi angeloris mororesque aunc tibi dicturos sum ante primi ergastuli fenestram, cuncta enarravit ad singula. Dicerebat enim : Quoniam cum pridem essem in arctissima retrusionis mancipatus claustra, et cum summa diligentia judicium Domini pertimescens me aceruisse macerarem abstinentia, atque cuncta devotionis exercitia cum ingenti fungerem penuria : quandoam vero die in extasi raptus, ab angelo perductus sum in amoenissimum jucunditatis locum; ibique introduxit me in cellulam ex auro purissimo, lapidisque præmiantibus, atque diversis coruscantibus gemmis, et margaritis constructam, miro modo et ipsa species et in lateribus ejus hinc indeque in voluminibus zelulæ exstructæ, atque cameræ, cunctaque prærutilo auri fulgore, ac vario colore phalera ornamentorum ex pretiosissimis præmiantibus lapi-

<sup>a</sup> Uncis incusa verba in Carracedensi et Toletano Ms. desiderantur. Exstant in Emil. atque altero Toletano.

<sup>b</sup> Emil., qua.

A dibus et margaritis, jubar immensi luminis radiabat. Quid multa dicam, aut quid cogitem ? Nam habitaculi bujus atque loci illius pulchritudo inestimabilis et incomparabilis est : quoniam nec os hominis hoc, nec cogitatio laudibus comprehendere valet. Sic denique ait ad me angelus ille : Si perseveraveris usque in finem, in hac te habitatione suscipiam.

21. Post haec igitur aliquanto tempore transacto, accidit vagationis pessimo vehementer infestante spiritu inutili levitate commotus, pristinum egrediens<sup>c</sup> deserui habitaculum. <sup>d</sup> Ille demum factus in excessu mentis, atque iterum in extasi raptus ab angelo maligno, et præcipitus sum in abyssum ; in quo non erat putei introitus, sed sicut pinnaculum, aut absissa terra deorsum. Et cum in prime B impetu descendisset, sicut lapis dimisus in profundum, per immensum spatium pede inherente in modici gradus retinaculo in ejusdem procerrimo parietis lateribus restiti. Et cum ibidem paululum reanimarem, facta est vox dicentis : Vadat ! Et iterum præcipitus descendit plus prolixum spatium. Et restiti secundo in ampliori aliquantulum gradu. Ibi inveni quandam pauperem, quem statim cognovi, quia dudum venerat ad prædictam retrusionem meam infirmus alique mendicans. Et tenui eum apud me multis diebus. Et pro ministrantibus mihi serviens illi de ipsa substantiola quæ pro bonis hominibus pietas Domini ministrabat, refeci animam ejus fame collapsam, quoisque ad pristinam rediret salutem. Ipsæ rogavit pro me iniquos et crudeles executores, qui me ducebant, ut mihi vel modicum spatium ibidem largirentur.

22. Et dum me parumper animarem, iterum auditæ est vox clamantis : Vadat, vadat ! Et tertio præcipitus descendit dupla proceritate altitudinis, quoisque pervenirem in profundum inferni, et sic perduxerunt me ante conspectum impiissimi diaboli. Erat autem terribilis et metuendus, fortissimis vincitus catenis. Et in hujus capitilis avis ferrca in similitudinem corvi sedebat, in qua sunumitas illius catararum hærebat. De immensitate autem pœnarum quantum valuero recordare, intimabo ut ille dicebat. Ardebat autem immensus et inenarrabilis ignis, velut pinguisima ardens tæda. Et super ignem illum vicinum erat et non satis altum tegimen in similitudinem æramenti, in quo exundans flamma impingebat. Ex illo namque igne exibat inundans piceus maris, qui immensum occupabat pagum. Quod ebulliens crudeli ac dirissimo furore fluctuabat. Cum autem astarem in conspectu illius atrocissimi judicis, subito advenerunt tres angeli iniquissimi. Unus ex illis erat immanissimus gigas. Ille secundus subminor usque ad humeros ejus. Ille tertius pusillus usque ad medium. Illi autem duo obtulerunt duas animas peccatorum. Ille vero exiguis nihil exhibuit, unde vehementissime increpavit eum, et præcepit illis

<sup>c</sup> Ita Emil.; alii : *tibi ostendit quo ambules.*

<sup>d</sup> Ms., *deserens*, participium pro verbo, seu ns pro ui.

<sup>e</sup> Carraced. C., Nunc.

qui illas animas adduxerant ut eas in illo dirissimo igne projicerent, et ita fecerunt. Post haec autem perduxerunt me inferius juxta illud mare igneum, et ostenderunt mihi inferiorem puteum abyssi, qui est gravior atque crudelior omnium poenarum. Cum autem pavore perterritus non auderem intus inspicere, insurrexerunt multi arcistes, et cooperunt me sagittare. Sagittas vero eorum quasi guttas aquæ frigidæ sentiebam. Et cum signaculo crucis resistrem illis in circuitu, venit qui me abstulit de iniqueitate eorum dominatione, et huic supernæ luci restituit. Postquam haec cuncta retulit, dicebat: Volo mibi tallem facere retrusionem, quæ solum meum habeat statum amplitudinis ultraque parte, quia valde timeo ne in tam pessima ruina ultra incidam. Et ego dixi illi: Ipsum sume initium, quem usque in finem sine desperationis discriminè libere perducas ad perfectionem. Scriptum est enim: Potius est bonum non iuchoare propositum, quam eum perducere ad detestabilem terminum. Illic ergo perrexit ad Legionem ciuitatem, retrusisque se iterum ad corpora sanctorum martyrum, et usque hodie ibidem perseverat.

## DE COELESTI REVELATIONE,

*Facta Baldario, qui sancto Fructuoso in opere lapideo deserviebat, et adhuc in vivis erat.]*

23. Cum olim sanctæ memorie beatissimus Fructuoso in exordio sue almificæ conversionis per hujus nostræ cohabitationis eremi recessus vastaque solitudines, <sup>b</sup> per diversas rupes, speluncas atque alpium convallies eremiticam perduceret vitam, ad instarque Orientalium monachorum in omni abstinentia et <sup>c</sup> sanctis exercitiis degens, ita gloriose virtutum prodigiis perfectus emicuit, ut antiquis Thebaeis Patribus se facile coquaret. In illi, vero temporibus habuit secundum quendam puerulum, lapidum in structura peritum, nomine Baldari, qui illi per antra quæ inaccessibilibus erant loci posita, viam ex lapidibus construebat, quod eodem mihi ad singula referente cognovi, qui usque hodie jam in se ille degit ætate, quod ipse <sup>d</sup> melius nosti. Ante hos paucos dies hunc, quem tili nunc loqui desidero, ipse tremens atque cum nimio stuporis fluctuante singulto mihi evanavit miraculum quod per eum pro nostra æificatione omnipotens Deus modo intra præsentis anni jussit demonstrare <sup>e</sup> curriculum.

24. Cum autem, inquit, grave aggritudine oppressus jacerem examinis prætereunte noctis spatio, exsurgente lucis crepusculo, anima mea egressa ex corpore suscepit a tribus splendidissimis columbis, ex quibus una super caput crucis gestabat vexillum. Cunquæ me rapuissent in omni velocitate, altitudinem aeris penetravimus, partem Orientis

occupantes. Primo diluculo super astra cœli pervenimus. Ibi, scilicet, induxerunt me in excelsum miræ pulchritudinis montem, qui innumerabilium candidatorum erat cooperitus cetera seniorum. Inter quos deducentes perduxerunt me ante conspectum majestatis Domini. Cum autem stupens et admirans cernerem eum in throno gloriae sue præsidentem, et innumerabilis multitudine circumstante, interrogavi quis est iste tam potens qui solus inter tanta agmina potestatum sedet? Et dixerunt: Ipse est Dominus noster Jesus Christus. Dum autem insolito stupore mirarem tantam ineffabilis et immensæ pulchritudinis gloriam, cuius similitudinem nec possum cogitare, nec valeo enarrare, quia inestimabilis est, post haec igitur dixit Dominus illis qui me exhibuerant: Reducite eum ad corpus suum, quia nondum completum est tempus ejus. Cum autem nre reducerent, ait illis Dominus. Sustinet modicum, quia sol ascendet, donec pertranseat, ne eum radia solis exstent. Dum autem sustineremus, ecce asceendebat sol ab Oriente sub nos summa velocitate percurrentes, ignifero fulgore rutilans, atque coruscans immane candore radiabat. Cujus immensis gyri glomerata rotunditas incomparabilis erat. Ante ipsum autem præcedens ingenti magnitudine avis rufa, et desuper posteriora ejus fusco colore fuscata, sepe revoluto alarum remigio crepitanti fragore impulsu aere temperabat exstuantem ejusdem solidis ardorem. Quæ alaci velocitate <sup>f</sup> properans præteriit: post cujus terribilis visionis abscessum conspicuus remeare deorsum, atque toto mentis obtutu universum conspicere mundum, & mare et fluminibus variatum, urbiumque mœnia, ecclesiis, montium rupibus, atque diversis ædificiis summo decore phaleratum, hominibus, <sup>g</sup> diversisque nationibus resertum. Nam dintius attenderem descendens subito revertens in corpore aperti oculos, et præsentibus auferens luctum, adepti sunt consolationis gaudium.

## f DE MONACHORUM POENITENTIA.

25. Duo fratres impugnati a fornicationis spiritu abierunt, et acceperunt uxores; postea autem dixerunt sibi invicem: Quid lucrat sumus, quia deseramus angelicum ordinem, et venimus in immunditia hac, et post haec in ignem et tormentis venturi sumus? Redeamus iterum ad eremum, et de his quæ prius fecimus poenitentiam agamus. Et venientes ad eremum rogaverunt Patres, ut acciperent eos paucitentes et confiteentes ea quæ gesserunt. Et clausebant eos annum integrum, et ambobus æqualiter dabatur ad pensum panis, et ad mensuram aqua. Erant autem visione dissimiles, et dum Patres unum pallidum et triste nimis, alterum robustum et clarum vidissent, mirati sunt, quoniam enim et po-

<sup>a</sup> Id est, sagittarii.

<sup>b</sup> Ms.: Per diversos rupibus, speluncas atque alpium convallibus.

<sup>c</sup> Ms., sancta exercitia.

<sup>d</sup> Ipse, id est, abbas Donadeus.

<sup>e</sup> Ms., curriculo.

<sup>f</sup> Ita Toletani, Carracedensis, imperans.

<sup>g</sup> Ms., maria et flumina.

<sup>h</sup> Carraced., universisque.

<sup>i</sup> Deest hoc caput integrum in Codice Gothicó Toletano.

lum æqualiter acceperant. Et interrogaverunt eum **A** qui tristis et afflictus erat, dicentes: Quid exercitatur in cogitationibus tuis in cella tua? Et dixit: Pro malis quæ fœci, quia poenas in quibus venturus eram in animo revolvebam, et a timore adhæserunt ossa carni meæ. Interrogaverunt et alium, dicentes: Tu quid cogitabas in cella tua? Et ille respondit: Deo gratias agebam, quia eruit me de coquinamentis mundi, et de futuri sæculi poenis, et revocavit me ad hanc confessionem angelicam. Et reminiscens assidue misericordiam Dei mei letabar. Et dixerunt senes: Aequalis est amborum poenitentia apud Deum.

\* DE GENERE MONACHORUM.

**26.** Hinc subsistit septimum genus monachorum super adjectum, pejus prioribus. Duni olim secundum **b** superiorum seriem de primo exordio æfficationis ecclesiæ tantus inardesceret candor desiderii regni cœlorum, atque tuor Domini corda perterret populorum, ut non solum per cœnobialium crebras atque juges congregaciones innumerus et infinitus exercitus multiplicaretur monachorum, verum etiam diversa eremi deserta copiosius contegerent perfectorum ergastulis anachoretarum, et cum in ista ultimæ extremitatis Occiduæ partis confinia rara, videlicet, et exigua pullularent sacræ religiōnis crepundia, a paucis electis et perfectis viris in desertis locis rara opere Domini constructa sunt monasteria, ex quibus multas animas redemptor expiatas fece peccaminum suscepit in regna cœlestia. Et quia discedente et ad finem extremante mundi tempore refrigescit charitas, accrescit sævissima iniquitas, et inexplebilis voraxque exardescit mundana cupiditas, atque infestior invidens invalescit dæmonum atrocitas, in [quibus] sacratissimis locis paucissimi tandem reperiuntur electi viri, qui de toto corde convertantur ad Dominum. Et ne ipsa monasteria desolata desertaque remaneant, tolluntur ex familiis sibi pertinentibus subulci, de diversisque gregibus **c** dorseni, atque de possessionibus parvuli, qui pro officio supplendo inviti tondentur et nutriuntur per monasteria, atque falso nomine monachi nuncupantur. Qui dum nec pridem foris in activa vita mundanis studijs, sive servitiis vel operibus excoeti eruditique patescunt, nec postea in monasteriis citra electionem Domini non ultronee, sed inviti sanctæ religioni sociati, concipiunt in corde timoris Domini compunctionem aut desideria regni cœlestis; non obedientie humilitate, aut sincere charitatis dilectione fundantur, sed crescent typo superbie turgidi, fastu elationis inflati, cupiditati philargyriæque somiti insatiabiliter mersi, voracitati gastrimargiæ, et temulentiae inexplebiliter dediti, atque atrocissimæ invidiæ flammæ succensi, ut si viderint aliquos toto corde convertentes, et Domino fideliter

\* Ex concordia Regularum, cap. 3, § 7. Cumque non integrum caput de genere monachorum (Menardo teste) citetur, locupletiores Divi Valerii Codices possunt sperare; si enim de septimo hic agitur

servientes, bona opera et Deo placita exercentes, cum de ipsis monasteriis originales servi existant juris sui ea debita et sibi pertinentia defendere contendentes, insurgent superbientes invidiæ atra obscuritate cœcati, et adversus opus assumunt justum sævissimæ crudelitatis odium, atque diversis publicis et clandestinis insidiis impediire nitentes.

**27.** Considerate, obsecro, quantum hos punitura sunt mala sua, quos etiam bona puniunt aliena. Et quis ei poterit subvenire, qui se sibi exhibet huiusmodo carnificem? Aut unde sibi parabit salutem, qui de salute bonorum contrahit male utendo perniciem? Cum autem in arcem superbie atrociter sublimantur, interitum primæ perditionis incurront. Scriptum est enim quoniam quem dirus superbis inficerit spiritus, similem eum efficit diabolo; et quem similem fecerit vitio, simili eum sine fine cruciandum tradet exitio. Insuper hypocrisi falsæ religionis ita captantur, ut in conspectantium obtutibus sæcularium protulant falsum sacræ religionis habitum, ut etiam ac si desperantes de bono merito vel vacuum adipiscantur sanctitatis vocabulum. Atque in supradictorum auditum multiplicant diversas crebrasque series officiorum, et in sublimi arte attollunt canentes melodia vocum, atque crebris genuflexionibus protractantes copiam orationum, et quotidianis diurni atque nocturni temporibus torporem desidiosum, otiunque implicant somnolentum, ut scribitur: *Habentes religionis signum, non religionis meritum; hippocentauro similes, nec equi, nec hominis facta discretio, ut superius dictum est, adversus fidelissimos Dei servos dolosa et iniqua et achinatur odia, atque inipiissimæ atrocitatis persecutionem inculcunt; et quos noverint esse latrones, homicidas, maleficos, adulteros, atque cetera diabolicae infanda crudelitatis opera exercentes, eos summi amoris affectione ex totoque corde charitatis conuexione amplectuntur. Hinc procul dubio aperta ratio manifestat, quia, despicio Deo, diabolo obediunt, et servi fideles existunt, cuius satellites amant, amplectuntur et diligunt; et Domino cuius nullissimos servos persequuntur, et odiunt, inimici, refugae, odibiles, ei exteri sunt, qui dixit: Quod fecisti uni ex his minimis meis, mihi fecisti. Iterum scriptum est: Ille Dominum odit et contemnit, qui non solum non timet Deum, sed gratis odit timentes Deum.*

**28.** Rectores vero eorum etsi se existiment se graviter ante Deum esse culpabiles, sed quia erga gregem sibi creditum negligentes: et mala non prohibentes existunt, non solum propter propria delicia, sed pro subditorum flagitis duplice condonabuntur. Hinc David deprecans oral: *Ab occulis meis munda me, et ab alienis parce servo tuo.* Quicunque ex senioribus causam delinquentis adornat, maiorem ei insolentiam somitem general, ita ut cor ejus

genero monachorum, procul dubio sex alia desiderantur.

<sup>b</sup> Supra, a num. 10.

<sup>c</sup> Id est, pastores. MENARDUS.

magis magisque indurari faciat, et contumaciam de- linquentis diffundendo non discutit, ne humiliari eum sinit, nec dissimilantur quae permituit de satisfactione et venia cogitare, sed idem denuo iterare, quoniam Scriptura nempe testatur quod omne peccatum quod remissus indisciplinatusque admiserit frater, ad negligentem protinus revertatur seniorem; et propter se et pro illo duplam redditurus est rationem. Recite namque censetur, ut cum quo participat errorem, aeternam retributionis cum eo sortiatur ultionem, quia :

Ipse jubere nefas, ipse prohibetur amare,  
Qui prohibere valet, nec prohibere volet.

Horum et similium prevaricatricem clandestinæ simulationis perniciem simul cum publica mundanæ delinquentiæ facinorum contagione debet fideliter, juxta sibi creditum supernæ veritatis divini imperii vicem et gloriosum terrenæ potestatis principium, severitas justissimas censuræ, et zizaniorum ac tribulorum de agro cordium delinquentium pessimam suffocationem calcisera emendationis succisione radicitus stirpare, atque vomere justitiae et rastro veritatis excolare, ut novalem fractum fidei et sanctitatis creatori suo valeat procreare. Hæc exigua verba de execranda hypocrisiae nequitia dixisse sufficiat. Nam de gravioribus flagitiis delictorum disserere non est meum. Ille semper sententia recordabor : *Pœni ori mea casu'odia*, dum consistat peccator adversum me. Ut non loquatur os meum opera hominum. Ille justus iudex, qui est mentium testis et occulorum cognitor ipso est, et erit bonis bonorum in sempiterna gloria retributor, et malorum secundum merita singulorum veracissimus ultior.

#### VALERII NARRATIONES.

*Superius memorato Patri nostro Donadeo.*

\* ORDO QUERIMONIE PREFATIO DISCRIMINIS.

29. Dum olim ego indignissimus peccator Asturicensis provinciæ indigena, intra adolescentiæ tempora mundanilibus illecebris occupatus, lucri que terrenis inhians, vanis disciplinis intentus, per insinas sæculi tenebras <sup>b</sup> curam eorum frena laxarem, subito gratia divina desiderio coactus pro adipiscenda sacrae religionis crepundia, toto nisu mundivagi scutuli fretum aggrediens, velut navgio vectans ad Complutensis etenobii hætus properans <sup>c</sup> transmeare immensi desiderii ardore succensus, atque futuri iudicij timore perterritus, confidens per confessionis iter tantum ad lucem pertingere veritatis. Sed ideo mundani maris fluctibus oppressus, atque ex dialolio saepe infestante flabro d<sup>r</sup>as tempestatis procellis expulsus, desideratum non valui pertingere portum. Necessitate compulsus inter Asturicensis urbis et castri petreusis confinia, ad eremi deserta consu-

\* Hunc præfert titulum Codex Goth. Tolitanus. Carracedensis vero : Item Ordo querimonie præfatio discriminis. Cum autem nullum sit præsumptum discrimen, prefatio, ut in Toletano, melius forsitan leges.

<sup>b</sup> Forte, cura.

<sup>c</sup> Transmeavi sensus postulat.

<sup>d</sup> Arguum, num. 17.

A giens, juxta duritiam nequitias cordis mei, reperi saxum locum Deo sacramum eminente celsitudinis in montis cacumine sitem, ab humana habitatione desertum, austeritate immense sterilitatis aretem, cunctæ d<sup>r</sup> argis densitate detersum, nulla nemoris amoenitate vernantein, neque herbarum fecunditate conspicuum, denique cunctorum undique flaborum diris imminentibus procellis impulsu, saepe tempestivis aquarum imbris, atque nivali immanitate infectum, cunctisque simul intolerabilis algoris rigoribus occupatum. Cumque infelicitatis meæ tot cladi bus crebro cernerem \* experiri miseriam, sinuque cunctis intuens meum infastum animum affigi penitentis, atque inenarrabilibus necessitatibus coarctari, cuncta sequanimator tolerans animo sustinebam, metuentes, scilicet, ne cœpta deserendo, infima repetarem, scriptum est enim quia nemo re: rorsum noxia contempti vitans discrimina mundi aspiciens, salvandus erit, nec debet arator dignum opus exercens vultum in sua terga vertere. Crebro igitur astutus inimicus ad decipiendum variis cogitationibus brutum pectus exagit; graviter <sup>f</sup> enim resistendum, atque vitaliter repugnandum est, ne quem aut falsa justitiae umbra decipiat, aut incerta mobilitas inutili levitate compellat semel corpia deserere. <sup>g</sup> Maxime quidem labor est, cum ad fastigia celosa contenditur, nec potest ad summum apicem perveniri, nisi totos in opere desudet agonizans dura quæ delicatus animus nescit appetere. Nam prima est palma victorie, se ipsum subjiciendo superare, is quem usque ad contemptum mortis fidei calor, et sp*e*i futuræ infraclitum robur armaverit. In quibus verius dixerim, ipse potius dimicavit et vicit.

30. Cum hæc omnia prolixo jam tempore, opitulante Domino, tolerarem, post aliquantorum auctorum intervallum, tandem Christiana, videlicet, miseratione pietate commota coepit se ibidem diversa utriusque sexus vulgi caterva confluens glomerare, mihi quoque infelici adjutorium præbere, obsequium impendere, vel stipendia ministrare. Cumque jam summa necessitas, suffragante Domini pietate, v. r. teretur in voluntatem, illico insurgens quidam vir barbarus, valde lubricus et cunctis levitatibus occupatus, Flainus nomine, ejusdem basilicula presbyter, antiqui hostis stimulis instigatus, invidice fascibus magisque succensus, sicut mos <sup>i</sup> pravorum est invidere aliis, quod ipsi habere non appetunt, ejusdem invidiæ tenebris crevatus, insane seviens, copit adversus pusillitatem meam odia machinare, atque crebra prætendere impedimenta, saepe jacturam incutere. Cum vero quandoquidem ad eumdem locum conveniebat cute teterrima (sicut scriptum est : frons picea nigrore proprii <sup>j</sup> deponitur), amictu trucu-

<sup>e</sup> Tol. Got., expediri.

<sup>f</sup> Autem reponerein.

<sup>g</sup> Tol., Maximus.

<sup>h</sup> Ms., utrumque sexu.

<sup>i</sup> Tol., parorum ; Carraced., parorum.

<sup>j</sup> Ms., depromit, sine parenthesis.

lentes velut sevissima bestia frendens magis pro contumelia subversionis meae ad eundem locum accedebat, quam ut pacem charitatis aut misericordiae proteceret pietatis. Cum haec enim diutius agerentur, copi cor meum moerore atque angustiis fluctuare, cogitans qualiter possem ipsius amuli discordiam vitare, atque vulgi inquietudinem declinare, vel caecas illecebras hujus saeculi impolluto calle transire. Post haec itaque pietatis Domini confusus virtute in abditissima antiqua solitudinis me contulit quam justiciam. Cumque ibidem aliquanto tempore solitarius permanerem, nec sic a mea persecutione quietit ipse jam saepdicitus pseudo-sacerdos. Nam libros quos de Lege Domini et sanctorum Triumphis pro consolatione peregrinationis meæ, atque correptionis discipline, vel scientiæ industria ipse conscripsera, mihi prius cum ingenti contumelia abstulit; postmodum vero, si per ipsius versutissimam supplantationis sevitiam, si autem per actoris sui diaboli instigantis peritiam, ille novit cui nulla latent absconsa. Nam crebro latronum atrocitate vastatus, et usque ad mortem diversorum scandalorum<sup>a</sup> injuriis humiliatus, cum pene extremo degerem spiritu.

31. Comperientes haec fidelissimi Christiani mox occurrentes, licet invitum finem mortis desiderantem ab hujus cladis me eripientes periculo, et in supra memorato petrense castro praedio quod nuncupatur Ebronanto, ad aulam sanctorum usque perduxerunt. Post haec igitur pristina solitudinis solitam quietem desiderans, coepit anima mea rursum anxie<sup>b</sup> ludicum molestiæ aestuare, et publica habitatione horrens pavescerem. Illoc cum summa ambitione elegi, ut erga sancta altaria me ergastulo manciparem, ut et quietis solidudine amplius non egerem; et spes meus commotionem ultra<sup>c</sup> foris exiret, atque ut per haec presente lautomia claustra ab eterno vogaginis carcere me dextera divina sustolleret. Dum post saepdicias atrocies discriminum penurias novissime huic habitaculo quievissim in ejusdem basilice angustiis coarctatus, velut in pelago freti natans sub tegmine carinæ in interioribus sensim tenebris obligatus, mundane tempestatis infernaliibus flabris, procellarum collisione attritus, et acsi intermediis ipse saeculi fluctibus non perfecte, sed vel ex parte me aliquantulum recepisse et rursum congauderem, dudum adepta quiete, denique invide inimicus antiquissimus hostis, qui piis operibus ab angue livoris malitiæ suæ permotus innumere pristinis indesinenti conflitu impedire conatur, coepit igitur prima congreessione certaminis in nocturnis tenebris sonitum diræ vocis super me lugere ingentem strepitum circitare, ut me quasi favore perterritum irrite commoveret. Sed cum me terret in virtute Domini confidentem suo non posse terrore concutere, insigni furoris denuo insurgens atrocitate, aggregatisque satellitibus suis coepit

A visibiliter infatigabili jugitate me acerius impegnare per unius sere anni spatium, seu amplius, aliter summe fortiter agonizans a mea subversione penitus non recessit.

32. Cum autem non per virtutem tolerantiae meæ, sed potius per omnipotentis Domini terribili fortitudinis increpatione tandem fugatus abcessisset, videns [enim] sevissimus adversarius perfidie sue conatus frustra exhibitos minime profecisse per supplantationem invisibilium fraudulentem inclusionis sue, aggressus est illustrem virum nomine Riccimirum, quem novit etiam ipsius esse praedi Dominum. Cumque ejus vicinum prætulisse et imminere obitum, instigavit eum ut ipsum exiguum meum destrueret habitaculum, quod et protinus fecit. Ipsum namque statim diruens luguum, et me simul ruente quasi de cœlo ad inferna prolapsum, in seculi rursum projectit theatro. Et dum in eodem evulsionis meæ locu<sup>D</sup> ecclesiæ sacrum niteretur construere altarium, hoc [videlicet] callida cogitatione elegit inimici persquisitio instinctu, ut me quasi saecularibus illecebris captum multis opulentia stipendiis ditatum pro maioriis ruinæ interitu ipsius Ecclesiæ ordinaret presbyterum. Scriptum est enim: Sic quippe servus omnipotentis Domini metuit paupertatis sub securitatem perdere, sicut avari divites solent perituras divitias custodire. Et iterum: Tribulationem et miseriam incorato. Ut quomodo elatus invocat Deum sic sanctus vir et bellator invictus, ad exercendum se et probandum, tribulationem et miseriam invenire desiderat. Et rursum: Exigua est ambitio, et parva requies, vel delectamenta hujus mundi. Nec comparandum est futuri contemplatione supplicii. Nolite per vitæ præsentis mala, per occupationem modicam ad futuri ponnam pervenire judicli. Quia vita præsens vanitas es, et honor qui in ea suscipitur temporalis, ac brevis mundi istius commoratio, cuius divitiae sicut aranea dissolvuntur. Beatus autem ille est cui Deus tribuit ut inculpabilem animam et istam factori omnium Deo conservet, ut valeat sincerus ac innocens potentia illius proximare, ut talè eam exhibeat immutatam, qualis ab eo dum susciperetur illata est. Nam miser ille vanus et vacuus homo qui vult modo latari in seculo, et postmodum gaudere cum Christo. Beatus est quippe liberum exire quam post vincula libertatem querere. Melius enim est laboriosam ducre vitam, quam abstinentiam trahere criminosa. Potius plerumque est peregrinantes atque egentes de hoc seculo migrare, quam per divitias hujus mundi laqueum erroris incurgere. Crebra quidem pullulat cupiditatis saeculi ingens insatiata voracitas, sed magna et laudabilis est pietatis Domini misericordia, qui cunctos in se sperantes crebri custodie proteget cura, et pauperes suos ab oppressionis sevissima redimet penuria, quæ potentium ab arce superbia dejectit insaniam. Et ut coepi sermonis ordi-

<sup>a</sup> Videtur supplendum sum.

<sup>b</sup> Tol., Ebronanto.

<sup>c</sup> Forte: Et cum publicam habitationem horrens pavescerem, hoc cum summa ambitione elegi, etc.

<sup>d</sup> Carraced., fores.

<sup>e</sup> Lautomia navis species.

<sup>f</sup> Tol., Riccimirum.

<sup>g</sup> Forte melius ita.

nem percurramus, dum supra memoratus Recimi-  
rus praesatae perfidere conaretur ecclesiam, ne cum  
perfecta praedestinatione constructionis fabrica, repen-  
tino irruente interitu hac praesente crudeliter caruit  
vita. Et infelicitatem meam in ipsa sepe revoluta  
reliquit naufragia.

33. Cum igitur inter ipsa fluctivagi saeculi procel-  
larum freta demum angoris moeroribus crebrius ma-  
ceratus littoris niteror attingere portum, vetustissi-  
mus denique æmulus solitæ malitia concitat odium,  
et novissimæ subversionis consuetum præparat im-  
pedimentum. Elegit namque nequissimum virum  
falsæ nuncupationis nomine Justum, fo:ma exiguæ  
pu:illiatilis tantillum, ac tèrrimæ visionis colore  
barbarice nationis Æthiopum, extrinsecus enim pi-  
cea cute furvo sordens obtutu, in cordis vero arcana  
nigrior existit penitus corvo. Corpore quidem exi-  
guum, sed criminum facinoribus copiosum. Hunc  
contra voluntatem meam, me pernicieter resistente,  
ordinaverunt presbyterum. Qui pro nulla a:ia elec-  
tione ad hunc pervenit honorem, nisi quia per ipsu:n  
multifariæ dementie temeritatem, propter joci hilari-  
tatem, luxuriae petulantis diversam assumpsit scur-  
rilitatem, atque musicæ comparationis lire muciente  
perducitur arte. Per quam multarum ^ domorum  
convivæ voraci percurrente lascivia, cantilenæ mo-  
dulamine plerumque p:allendi adeptus est celebri-  
tati melo:iam. Post tanti honoris insana temeritate  
injuste adeptani ordinis ionen, ausus est etiam per  
hypocrisim simulationis, sanctam temerare religio-  
nem. Nam publice in oculis hominum per simulatum  
habitum proferens sanctitatem, in occultis vero dia-  
bolicam operatur iniquitatem.

34. Post novissimum itaque subversionis commo-  
tionisque meæ naufragium ab omnibus relictus  
sum solus, et a nullo capiens consolationis auxiliu:n,  
nisi unum tantummodo :peri levitam Domini Chri-  
stianum fidelissimum, cuius meritum vocabulum co-  
mitabatur suu:n, nomine Simplicium, qui cum nimia  
dilectione charitatis meæ in suum humiliter susci-  
piens hospitium, cumque cum summa obedientia fa-  
miliaritatis in me studeret obsequium, et nos tantum  
duo in quotidiano ecclesiæ permaneremus officio,  
incitavit denique invidus diabolus ipsum sæpedictum  
sacerdotii opprobrium, ut etiam præ nimia invidi:sæ  
malitia peste contra nos diu machinans odium, mul-  
tis supplantationibus fallacis amentie suæ inculere  
niteretur impedimentum. Cum autem, adjuvante Do-  
mino, ledendi nobis nullum inveniret argumentum,  
flamma diabolice atrocitatis succensus, in meam pu-  
blice insiliit contumeliam, et crebro coram multis mihi  
infandum convictionum irrogavit scandolum. In tanta  
exarsit frenetica inania dementia truculentus, atque  
inexcusabile ebrietatis temulentia irretitus, ut nec  
etiam nocturnis temporibus me permitteret esse quietum. Nam dum vel nocturno silentio me ejus confide-

A rem evadere pestem, petulantí importunitate impudicus  
semper proru:psens, et mendicitatis meæ hospitium  
hora refectionis impud:enter adiens, pro charitate con-  
solationis mihi suribundus intulit jurgium atrocitatis,  
et nobis in charitate convescentibus, ille superbia vœ-  
sanæ suæ atque ebrietate vexatus, velut canis invi-  
dens, rabidus super nefanda convicia, frendens stri-  
dore dentium, spumansque ore lymphatico baccha-  
bundus, propriis me lacerare manibus nitebat. In  
tanta exarsit odii cæcitatem frustratus, atque invidiosæ  
nequitiae flamma succensus, ut nec ante sacrosan-  
ctum pepercere altarium. Ibiue me gravissimis injuriis  
irrite confusum, nisi fratri intercessione suissem  
exceptus, ferro me in conspectu multorum rabiens  
jugulare conabatur. Post tanti furoris insaniam tan-  
dem sedata, sic denique in amentia versus, injustæ  
susceptionis ordinem oblitus, vulgari ritu in obscena  
theatrica luxuriæ vertigine rotabatur; dum circum-  
ductis hue illucque brachiis, alio in loco lascivos  
conglobans pedes, vestigiis ludibriantibus circuens  
tripudio compositis, et tremulis gressibus subsiliens,  
nefaria cantilena mortiferæ ballinatio:dira carmina  
canens, diabolice pestis exercebat luxuriam. Sic  
quippe exœstuans mersus vino, temulentia sepultus,  
ut ebrius b: pati: batur sitim et esuriem vomens; qui  
soinno deditus, desidio:oque torpore obvolutus, non  
erat inter crebro psallentibus hymnis Dei d:centibus  
noctes. Nunquam tales pestes Christus habere digna-  
tus est servos.

35. Interiu:m ad infaustum cordis mei crudele  
mœroris augmentum, dum ex eadem quam praefatus  
sum opulentissima domo, ex qua, sicut pridem, de-  
structionis perpassus fueram commotionem, ita et  
solitam refectionis stipem atque charitatis consola-  
tionem saepe perciperem, subito regia furoris sævis-  
sima irruente sententia, protinus memorata domus in  
atrocissima subversionis mittitur vastatione. Ejus-  
que proprii hæredes comprehensi procerim: capti-  
vitatis dirissimis relegantur exsiliis. Ego vero infelix  
non solum inediæ exiguitate indigens, sed et subsi-  
dio consolationis destitutus remansi, acerrimæ ne-  
cessitatis tabicam ducens vitam. Dum etiam numero  
viginti continuo annorum ^ immenso spacio in saepe  
prolatis dirissimis vite meæ periculis virium robore  
defessus, fatiscente jam corpore, omnium contritione  
membrorum tenuitatem confessus, anhelans degerem;  
tandem pietas divina, quæ nunquam in se sperantes  
obliviscitur, misereri super ignavia infelicitatis meæ,  
respiciens, ac videns exiguitatis meæ miseriam, in  
cœnosæ saeculi gurgite suffocatum, prædestinavit  
congruentissimum aditum ille pius Pastor, qui pro  
ovibus suis tradidit animam suam, non despexit ve-  
lut de naufragio profundissimi maris perditam eri-  
pere ovem, et ad littoris saepe desideratum perdu-  
cere portum.

36. In finibus ^ enim Bergidensis territorii inter  
cectera monasteria, juxta quoddam castellum, cuius

<sup>a</sup> Ita Tol.: Carraced., *daemonum*.

<sup>b</sup> Ita Tol.; Carrac., *patiatur*.

<sup>c</sup> Tol., *emerso*.

<sup>d</sup> Deest enim in Carradeensi Cod.

<sup>a</sup> velutus conditor nomen edidit <sup>b</sup> Rupiana, et hoc monasterium inter excelsorum Alpium convallia a soneta memorie beatissimo Fructuoso olim fundatum, in quo me divina pietas collocavit perenniter permanstrum. Cumque in cellulam quam sibi jam dictu sanctus preparaverat Fructuoso me denuo retraxisse, non cessavit invidus inimicus impedire propositum voluntatis meae. Nam cum ingenti furoris ingressus strepitu multas contra me tentationum adibuit artes pessimas et incessantes. Denique oranti mibi, aut decubentii, sedens ad caput, et ex inslisis intraneis suis putidissimum inde sinenter calidumque naribus meis insufflans fetorem intolerabilem et horrendum, et cum haec diutius et ceterorum diversorumque tolerarem præstigia tentationum, ira furoris vesania sue commotus, tantum tonitrum et fr. ini-  
mici terroris et tremoris commovit ut saxa ipsa quasi sal contereret, et longe dispergeret. Et cum cernebam ipsum habitaculum a fundamentis commoveri, et super me ruentem medio noctis, solo Deo teste, pavore perterritus, confidens in Domino, exclamavi dicens: Recede, iniquissime, e quid destruis tugurium meum? Ab hac voce protinus discessit. Et dum per haec et hujus similia crebra innumera et inenarrabilia tentamenta, opitulante Domino, me commo-  
tre non valeret, demum aggressus pestilentissimum virum Isidorum Astoricensem episcopum, supplan-  
tans eum, ut me, quasi per <sup>c</sup> fraudulentæ laudis insuetum, ad publicum Toletanae urbis perduceret, et dabo sic veniret immissus ab inimico, ut me mit-  
teret in commotionis interitum et aliorum fratrux <sup>d</sup> pessimum interrogaret scandalum, recto, videlicet, omnipotens Domini iudicio, lacum quem nobis aperuit ipse repente ingressus est in eo. Nos autem reliquit intactos, illum vero perpetuus absorbuit infernus <sup>e</sup>.

57. Post haec pravorum ingressus intima pseudomachorū, ita inflammavit corda eorum atrocissimi liboris invidia odiorum, ut me voluntario carcere mancipatum ab omne <sup>f</sup> subsidii fulcimento dimitterent derelictum. Cum ille adversarius bonorum operum, supradictum meum atrociter persecuens detegens dissipasset tugurium, sic induratum est cor eorum ab ipso inimico, zeloque invidiae inflammationum, ut pro integro triennio evoluto spatio, nullo pro remilio unih abhicerent tegiminis cooperimentum. Insuper replevit furens ipsam cellulam inimicus intolerabile et insigne atrociter voratrix pulicin peste, quæ bibens cruentem, efficeret corpus meum pene totius exsangue. Cum his et similibus casibus infelix anima mea pervenisset usque ad finis occi-  
sum, tandem, sicut finis hujus opusculi declarat, intrens pietas divina tantam necessitudinis meæ

<sup>a</sup> Ia Tol.; Carrac., retustas conditorum.

<sup>b</sup> Tol. Goth., Rufiana; ceteri, Rupiana.

<sup>c</sup> Tol., qui, absque interrogantis nota. Tol. Goth.: Cur destrues aediculam habitationis meæ? Et statim: Post haec pravorum ingressus, etc. Scilicet, ibi desunt que ex Carracedensi Codice sequuntur usque ab-  
sorbuit infernus.

<sup>d</sup> Tol., fraudulentem.

<sup>e</sup> Idem, pessimorum.

A contritionem, cumque pro misericordia regia dispensatione, atque bonorum Christianorum subministratiōne tribuissest infelicitatis meæ subsidii stipem, vel cuncta quæ nostram tuerentur mendicitatem, interea propter bujus eremi laboriosam necessitatem vir illu-  
trissimum Basilianus subministranti mihi duas de-  
dit <sup>g</sup> evectiones. Et ut aperte patescat fraudulenta inpietas ab bujus cellæ habitantes, atque ultiōnis et misericordiae Domini pro defensione pauperum suorum virtus pietatis, aliquanta diabolica invidiae nequissima opera, quæ novissime gesta sunt, breviter intimabo.

58. Dum de supradictas evectiones <sup>h</sup> prefatis minister meus Joannes diaconus primum accepisset caballum, unus de senioribus qui erat bujus cellæ præpositus, cupiditas invidiaeque facibus inflamma-  
B tus, jussit venire de domo nativitatis sue, qui ipse caballum sur̄intes, ducerent in perditione. Cum eum aggredientes ante se longe duxissent, frustra certantes non potuerint eum comprehendere, justo Domini iudicio, caballus solitus reversus est ad nos; illi vero furantes, vacui revertentes, invenerunt terram suam gravi persecutione grandinis vastatam. Cumque ceperissent elaborare unde substantiae stipendia recuperarent, venerunt diversi latrones, qui quantos habebant boves furaverunt: quos ultra inventare non potuerunt, et sola illis dominis et servis fames et miseria mansit.

59. Post haec cum supradictus vir alium pro mercede caballum nobis dedisset, et alias senior succedens huic monasterio præpositus ordinatus fuisset, cumque praesentis anni tempore messis, dum calamitas eorum pro incursione sustinere non possent, i.e. si caballi compediti pascereat, et quia sub hoc monasterio iugentis præcipiti procerrima profunditas patet, quam pavor est homini desuper intueri, hic vero quem diximus senior diabolice invidiae zelo atrociter inflammatuſ præcepit occulte ipsos caballos sic compeditos in quem diximus discrimen præcipitate deorsum. Quis estimare poterat ut vel ossa eorum in valle integra pervenirent? Sed, pia Domini misericordia gubernante, ita inventi sunt sani, ut nulla in eis inveniretur macula aut debilitatio. Hic considerandum est quantum pietas divina has iniquissimas animas in inferni perpetua præcipitabit ruina, qui post tanta præcipiti ruina brutas anima-  
lium incolumes propitijs serravit animas.

40. Post haec, instigante diabolo, ita eorum invida exarsit malitia, ut destinatus unus ex eorum collegio prædictum Joaueum diaconum jugulavit, et mortuus est.

41. Ille cuncta tantæ necessitudinis meæ penuria circa quod alibi vicenario annorum numero memorata

<sup>f</sup> Hucusque Carracedensis Codex; quæ sequuntur ex Cod. transcripta Tol., ubi desunt immediate dicta de Isidoro.

<sup>g</sup> Ms. subsidium.

<sup>h</sup> Evectiones, Ms. Sumitur hic evectio pro equo, ut infra, et in concil. vii Tol., cap. 4. Quinarium, illquit, numerum evectionis non excedat.

<sup>i</sup> Vide in ipsius Vita, num. 14.

vi. Ille itaque alii viginti duobus annis infelix sustinet anima mea. De innumera discriminum certamina pauca breviter comprehensa non me compulit temeritas vanæ glorie innotescere prolata, sed ut cunctis patesceret, qui desiderant in sancta religione ad Dominum converti, quanta sint inimici inadvertis et persequenter perniciose obstacula, atque hominum perditorum invidens dira diversaque perversitas, et qualiter perseveranti certamine configat, qui dederat almisferam obtinere victoriam; ut non prolixitas fastidiosi agonis gignat desperationis torporiosam ambiguitatem, sed timor Domini et ejus judicium, atque spes vite æternæ, strenuiter eum corroboret usque in finem. Unde infelicitas mea non cessat pium deprecari Dominum, ut mihi usque ad ultimum vitæ præsentis occursum tribuat perpetuum de æessimissimo hoste victoriae triumphum, atque cunctorum malitias extingnat facinorum, et hunc quem mihi pietas ejus novacime concessit, non permittat usque ad mortem derelinquere locum. Quia tantus existit congruentissimæ quietis ad instar paradisi aptissimus locus, ut etiam licet (ut supra sum locutus) sit eminentissimorum montium munitione circumseptus, nullius tamen instat... umbrarum opacitate fuscatus, nisi lucifui splendoris venustissimo decore conspicuus, atque verantissimi viroris eximia amoenitate secundus, procul a mundo remotus, nullarum secularium actionum tumultibus, neque seminarum occurribus infestatus, ut canctis liquido patescat, pro adipiscendo perfectæ sanctitudinis culmine, fidelibus a mundanis illecebris commercisque recententibus ad non esse preparatus. Hæc intuens inimicus, et per hypocrisin sibi subjectis fideles Dei expellere conatur.

#### REPLICATIO SERMONUM

##### A PRIMA CONVERSIONE.

42. Prima conversionis ordinem retexens, præfata contritionis meæ subsequentem persequenti inimici dispersionis desolationem atque clementissimam epitulationis Domini consolationem per ordinem replicabo.

Cumque in excelsi montis cacumine, stulta populi sacrilega cæcitatibus dementia, profana dæmonum delubra impie atque insipienter paganorum ritu exuleret, fidelium Christianorum ope tandem probrosa obscenitas destruitur. Ille vero locus, licet (ut supra declaratur) sit summae necessitudinis penuria occupatus, sed ex filii integritate poscentibus cito exaudito in orationibus impetratur. Igiter ut religiose conversationis possidende rei inexplicabile adducam cupiditatem, duo mysticæ revelationis atque misericordiae breviter intimabo.

43. Dum olim ope humanae consolationis destitutus in supradicto acre necessitudinis monte anhelans degenerem, nullum habens providum, aut subsistentem in ima necessitate ministri, venit ad me quidam clericus juventutis fortitudine fretus; sagittans precabatur ut meæ esset discipline subjectus. Quem in-

A lucis expeditem, atque secularibus exercitii aptum, constitui eum operum manum mearum prodromoptorem, alimentique stipendiorum necessitatis nostræ esse ministrum. Cumque in quadam prædio fruges ceteraque alimontorum subsidia sufficienter in suo reposuisse hospitio, quadam die, dum ad eum quemdam fratrem oblitus dirigerem, primo illi mandare recordatus, postmodum ei in devexo lateris descendenti de supercilio montis clamavit dicens: Dic illi ministranti ut unum modium de cibaria vicino illi cœdet, et medium modium alii cuidam pauperi.

44. Post hæc adveniente nocte dum cubili proprio quievisse, cumque membra corporis sopor adisset, confestim vidi me extensem fortiter ad verbena, hinc inde latere duo viri cum gladiis stantes, corpus meum crudeliter <sup>a</sup> lucebatque comburebant latera mea. Et cum nimio dolore cruciatus crebro exaspergeret, iterum sopore gravatus obdormiens in ipsa tormenta permanebam. Cum novissime exasperatus fuisset, deprecans dixi: Domine, pro misericordia pietatis tue, revela mibi quid est pro quo hoc patior, quia nescio pro quo reatu tantum iræ tuae incurri fuorem. Post hæc audivi vocem dicentem: Non audisti Evangelium loquentem ut sit eleemosyna tua in abscondito, et tu de monte ad vocem dispensas eleemosynam? Statim solitus a vinculo egi gratias Domino, quia dignatus est stultitiam meam pro emendatione corripere. Post paucos vero dies præfata seculi stipendia, propter quam hæc tam terribilis exarserat ira, igne cremata est. Hinc denique timore perterritus non solum caducam mundanam substantiam, sed etiam ipsum subministrantem a me protinus repelli, et ut hinc postulationem cura miserationis dominicae pateat, breviter intimabo.

45. Cum in eodem necessitudinis loco quemdam Bonosum filium enutrirem, et illi pro eruditione præcipuum conscripsisset libellum, cum autem parente: ejus mihi pretium dare niterentur, dixi ad ejus pueruli matrem ut mihi cilicinum mandaret tantum facere pallium. Et cum unius aut duorum annorum vel amplius transisset spatium, et obliterasset præmissionis suæ implere effectum, cumque, propinquante vindemias tempore, se ad vindemias celebrandas proficiere præpararet, eadem matrona, nomine Theodora, infirmata est. Cum autem per noctem agrotans dormiret, revealatum est illi quod cum viro suo, puerulis et puellis suis ad <sup>b</sup> supradictam ecclesiæ sancti Felicis suffragium incolumitatis flagitatura pergeret. Et quia sub illo monte publica discurreret strata, cum [autem] in ea ingressi fuissent, obvia verunt multitudinem hominum multa boum juga ducentium. Cumque inter illos venissem, unicornipeda bos furens eandem matronam sub scapulam cornu percussit, sicque truculentus in altum excutiebas caput, radicibus subsecisum cornu in ejus viscera reliquit inlixum. Cum omnibus suis et ceteris viantibus <sup>c</sup> evellere, et nullatenus prevalerent,

<sup>a</sup> F., lacernabant, atque.

<sup>b</sup> Supra illam memoratam non invenio

<sup>c</sup> Deest conarentur, aut quid simile.

cum iam seminocem eam ternerent, apparuit eiis vir splendidissimus veniens e contra ecclesiam sancti Felicis per desertum, cuius vultus fulgebat ut sol, vestimenta ejus splendidiora nive. Cum enim proginquaret ad eos quasi ignorans, interrogavit dicens: Qui habetis, homines? aut quae est causa luctus et gribulationis vestrae? Tunc ostenderunt ipsam plagam crudelitatis, dicentes: Vide, domine, qualis casus perditionis evenit, occisa est mulier, et ei subvenire nullo modo possumus. Et ille respondit: Vos [autem] multi estis, et subvenire non potestis? Quid mihi dabitis si ego, admota manu, subvenio? Sicque omnes dixerunt: Si iubes facere mercedem, potes, quia tua in te est gloria clara sanctitatis, ut nihil tibi impossibile sit faciendi.

46. Tunc ille perapplicuit se ante illam, et dixit ei: Ego tibi nullo modo subveniam, nisi prius mihi juramentum dederis, ut ante quam ad Bergidum vadas, cilicium illum mantum. Nunci Valerii, quem promisiisti, facias. At illa interrogans eum dixit: Domine, tu quis es? Et ille respondit: Homo sum domini Felicis. Tunc illa correpta timore, coactaque dolore, levans manus suas ad ecclesiam sancti Felicis dixit: Per ipsum dominum nostrum Felicem, quia si me modo sanare jussesis, statim eum in ipso facere. Post hac ille ex duobus digitis abstraxit de corpore ejus cornu bovis, quem habebat infixum, et longe projectum, sicque pontens manum super plam ejus dixit: Ecce salvata es, et si feceris hoc quod promisiisti, bene ad Bergidum ibis, et bene inde remeabis. Si autem facere neglexeris, tibi impunitabitis. Haec audiebat sanctissima facta est ab omni dolore. In his evigilans cospit nimia anxietudine fluctuare, quod tarde manesceret. Cum enim primi galli insouissae canor, statim concitor de loculo conurgens clamavit filia et ancillas, et ita predestinavit auxilia, ut die iusta specie facta, et curata, mihi cum multo ostertionis obsequio per semetipsam exhiberet; et sic mihi cuncta sicut passa fuerat intimavit.

47. Cum igitur in stepe dicto monte immensa necessitudinis penuria coarctatus persisterem, veniebat quidem tranquillo tempore adolescentuli multi mea quoque se emancipantes doctrinæ. Sed cum hiemalis procellosa imminebat tempestas, omnes protinus abscedebarant, et ego tantum inclusus, et usque ad mortem penuria contritus permanebam, in tantum, ut dum quidam religiosus pauper me consolare desiderans, mecum permanere promitteret, et simul nos immunitas hivalis atque dira flavorum occupauerat inclusos tempestas, pauper ille gravissima urgentia penuria defunctus est. Ego vero juxta ejus cadaver exanimé aliquantis diebus mansi, necessitate proxime mortis afflicsus.

\* Particula ut melius post vadæ reponenda, ut sensus sit, juramentum dederis ante quam ad Bergidum vadæ, ut, etc.; jurature. t. m. quippe, non pallium, ante regresum ad Bergidum tandem, ut exiit declarat.

<sup>b</sup> Ms. illum illum mantum. Supra autem cilici-

A 48. Post multas crebras et intolerabiles in eodem loco antiqui hostis impugnaciones majori mea conatus est visibiliter perturbare terroris pavore. Nam quodam die hymnis ante lucem explicitis matutinis, dum ex adverso ejusdem basilicæ volnissim pro necessaria causa egredi per posticum in deserto, reperi in ipso ostio stantem diabolum velut enormem teterium gigantem procerrimæ statutæ immensum usque ad nubes. Cumque immenso pavore perterritus intus obsisterem obstupescens, et ille extrinsecus egressionis aditum obstrueret, coepi intra me cogitans dicere: Si retrorsus aliero, ipse iniamicus fiducialiter invalescet, eo quod eum pavidae fugiam. Hinc vero ope Domini sumiens audaciam, dixi ad eum: Scio quia Satanas es; et signans frontem meam: Ecce, inquit, crucem Domini mei Iesu Christi, qui est virtus et victoria mea; nunc videbitur si ego fugio, si tu. Et sic progrediens exclamavi: In nomine Patris, et Filii, et Spiritus sancti. Et perveniens ad locum ubi stabat, ille vero retrahendo et deficiendo humiliatus usque ad terram, liquefactus que evanuit. Cumque me pro hoc, juvante Domino, non valuisse, [sed] pro alia me illusionis phantasmatem mutuavit irretire.

B 49. Cum [autem] parvulum quemdam pupillum litteris imbuorem, tantam dispensatio divina dedit illi memoriæ capacitatem, ut intra medium annum peragrans cum canticis universum memoria retinet Psalterium. Cum vero quodam die hora sexta diei ad operam sederem, et ille coram me legeret, corporis clamare dicens: Quid est hoc quod video? Et ego dixi illi: Quid video? Ecce, inquit, video angelum Domini; cuius vultus fulget sicut sol, vestimenta illius super nive candidior est. Qui dicit mihi: Quia propterea veni directus a Domino, ut te ad presentiam Majestatis ejus perduram, qualiter tibi pro operibus tuis mercedem rependas. Ego namque dixi illi: Non credas, quia non est angelus Domini, sed demon diaboli. Et sic clamavi illum ad me, et interrogavi eum si adhuc videret? Et ille respondit: Ecce ubi stat ante nos. Tunc mandavi illi electos psalmos recitare, dicens: Si angelus Dei est, stabit; si demon, fugiet. Cum autem ille ad vocem, et egredi intra me diutius recitaremus, dixit: Ecce jam se elongando liquefactus evanuit.

C 50. Videns autem omnipotens Deus tantam cladis penuriam, atque tantæ desolationis miseria infastam tabescere animam meam, excitavit quemdam adolescentem juventutis flore vernantem, nomine Joannem. Cum illi a parentibus suis peteretur sponsa, ille [vero] Spiritus sancti flamma successus, saevique religionis desiderio afflatus, elegit potius spiritualibus nuptiis copulari Deo (in quibus a lucto incepitur, sed ad gaudia æterna perveniunt) quam car-

num pallium dicitur.

\* Nonni Valerii potius legrem; nonnus quippe vox est qua alios reverentiae causa nominamus.

<sup>d</sup> De capa, non de muliere, int. Ilige. Curata, id est, sordibus purgata.

natus nuptiis subjici, quæ a letitia semper incidunt, et ad finem cum luctu tendunt, confessum universam saeculi illecebrantem lasciviam despexit, et ad consolationem exiguitatis mee omini cum festinatione pervenit; et ita est in timoris Domini confessione fundatus, ut sicut voluntaria charitate, ita in cuncta necessitudinis tribulatione et in omnibus haberebim participem. Savissimus igitur inimicus graviter invidens charitati atque consolationi nostræ, solita malitia adhibuit artes, qualiter societatem nostram fraudulenta supplantatione dispergeret. Cumque solus mihi in interioris eremi vasta solitudine eius adiunxit, supposuit suæ crudelitatis ministros latrones rævissimos per quorum impiissimam vagitationem nos efficeret utraque parte divisos. Ille autem crudeliter cæcus, et pessime debilitatus, ad pristinum reattractus est locum. Ego [eternim] post hæc iteratim vastatus, in alia parte a Christianis, ut superior declarat historia, sum productus. Cumque ille post hæc perditam receperisset salutem, et ad meum sicut pridem, properaret obsequium, ita zelo diaboli indurata sunt corda pravorum hominum, ut nequaquam eum permitterent meum demum adire consortium. Et dum ego supradicto ordine ad eadem loca, duce Domino, in cellula beatissimi Fructuosi suissem perductus, et ille non fuisse permisus, et quia de sepe dicto monte me discenderet, recessit, et assiduus populi concursus, cum autem de stercore animalium dudum occurrentium hominum deliciosus in eodem loco excrevisset fenus, veniens ignis per desertum, per idem fenum ingressus, cuncta habitacula cum ipsa concremavit ecclesia. Post hæc præfatus Joannes ad radicem ejusdem montis deorsum sibi, opitulante Domino, novum construit monasterium, in quo eum episcopus ordinavit contra voluntatem suani presbyterum.

51. Cum autem ibidem a me degeret desolatus, et ego de ejus desolatione manorem mærore confectus, adduxit Dominus per compunctionem cordis ex longinquitate terrarum quemdam puerum nomine Saturninum, exercitiis activæ vita atque servitiis aptum, et in omni sua actione compositum. Quem primu[m] illi suscipiens conversum, cumque in sura abstinencia, vigiliis, jejuniis, orationibus, psalmodie canoribus, diversis ue operibus, artificiis, vel cæteris regularibus exercitiis, diebus ac noctibus, instanti vacaret, cepit ad eos Christianorum pietas, quæ olim, me discende[n]te, recesserat, recurrere, et necessaria stipendia ministrare.

52. Et cum aliquantorum annorum transacto intervallo, in predicto permansissent regulari exercitiis, eidem religioso fratri Saturnino sepe per revelationem venit admonitus, ut inde quantocum egressi, ad infelicitatis mee festinaret consortium. Qui statim divino obedivit præcepto. Quem cum omni exultatione suscipiens benedixi. Denique creatorem omnium, quod velut in extremo vite mee termino,

<sup>a</sup> Supra, num. 30, in fine.

<sup>b</sup> Lege ab eadem loco.

<sup>c</sup> Aliud dæsse videtur.

A dare dignatus est senectuti mee baculum, et sepe quersitum salutis remedium.

53. In quadam igitur rupe huic monasterio subiacente, qua beatissimus Fructuoso orare consuevit, et in eodem loco crux lignea in titulo stabat fixa; hic [autem] frater Saturninus cœpit desiderabiliter cogitare, ut ibidem secundum vires exiguitatis nostræ quantu[m] usunque titulus oratori construeretur. Cum autem hoc cogitatum suum mihi narrasset, cœpi contradicere illi, eo quod locus es et incongruus, et ad faciendum non subsisteret virtus. Protinus eodem die cum me <sup>b</sup> (sic) sopor adisset, jussit divina pietas mihi aperte revelare, qualiter hoc fieret, sua esset voluntas, et quod celeriter virtus ejus hoc ad perfectionem perduceret. Illico voluntate homini comperta, de opera manuum mearum, vel unde mihi dispensatio d[omi]na jussit tribuere, pro munificentia mercedis hominum Christianorum, conducti sunt et multi operarii subministrantes. Cum quibus, opitulante Domino, ei ejus virtutem, perfectus est. Cumque in eodem loco, [quo] nulla pateret planities, sed saxi ingentia pinnaculi discrimen precipitis imminaret, eamdem aggredientes leviter scinderunt rupem, et in eodem loco in nomine sancte crucis, et sancti Pantaleonis, cælerorumque sanctorum martyrum, licet brevis fabricæ tantillum, sed virtutis culmine magnum, sacram Domino consecratum est templum: quod a viro Dei reverentissimo Aurelio episcopo <sup>d</sup> est cum omni diligentia Domino consecratum, simulq[ue] hujus ædis opificem Saturninum, ope Domini, sacravit presbyterum. Qui dum quotidiana ibidem Domino immolarebat sacrificia, aliquanta illi exauditionis patefacta sunt signa. Ex quibus aliquanta que veniunt ad memoriæ breviter insinuans edisseram.

54. Dum quadam die lapides desuper, imminentे rupe, abscederet, subito erupta desuper ingens acutissima lapis præcipitata deorsum, ejus percussione pedem illius usque ad ossa penetrans, nervos et venas incidit. Dum caset formido, ne debilis factus gressum amitteret, aut mortem incurret, mox siccato sanguine se decohans, in lectulo continere non potuit; sed solita consuetudine se ad sacrificium Domino offerendum licet debilis cum nimio labore necessitatis semipes attraxit; statimque ut sacrificium coram Domino immolavit, ita egressus est sanus, ut videretur illic nec spinæ aculeus eum vel leviter pennisse.

55. Demum cum matutino tempore celebrandum adiuisset officium, et claustra ingressus ita essent præpedita, ut ea reserare non posset, commotus animo, veniens ad fenestram altaris, clamavit dicens: Bene hoc est, domini sancti, ut veniam ad officium vestrum, et ingredi me non permittatis. Ille dicens cum ad ostium suisset egressus, confessum auditum est sera, quæ intrinsecus clausa obserbavit obstructa, procul abscedere, et ingressum patefacte; quod videntes ipse et qui cum eo erant, ia-

<sup>d</sup> Asturicensis Ecclesiæ, ab anno 681.

<sup>e</sup> Ms., ingressi.....

obstipore versi admirantes, benedixerunt Domini.

56. Cum autem in eodem deserto aliquantula legumina seminasset, et dono Domini uberrime secundans, densissima screvisset, quam cum maturesceret cernere, cavens [namque] ne a diversis vastaretur, parvulum super altarium benedixit vellelum, quod pro signo in eodem suspendit agro. Cumque omnes formidarent quidquam exinde contingere, quidam stultus, dum auctu improbo ibidem fuisse ingressus, et cœpisset gula sua explorare voracitatem, protinus percussus est a serpente; et mox decidens, tardi ibidem jacuit examinis sine mente, quounque inventire eum plus de ore et posteriore stercora fonderent, quam habuerat discerpere, dum per gratiam Domini nullus alias fuisset inventus qui in his noctibus a serpente fuisset vulneratus.

57. Alio quoque tempore quidam sacerdotalis, nomine Basilius, cum ingenti necessitudine coactus debilis ad eum venisset, quoniam dextera manus ejus, et brachium, contractis nervis, arefacta turgens obriguerat, illico miserationis pietate compulsus, benedixit oleum, et ejus debilia membra orans perunxit; confessus ope Domini ejus pristinæ sanitati resiliuta sunt membra. Et sic benedicens Deum incolunis cum omni exultatione ad propriam reversus est domum.

58. Cum igitur huic sancto cum summa licentia deseruiret altario, et infelicitatis me solemniter in hoc superioria monasterii ministraret claustru, post hæc spiritu vanæ gloriae elevatus, sperans se ut a me segregatus, super me honorabiliorum laudem nominis sui [<sup>b</sup> me derelicto], amplioremque veneracionem obtineret a saceruli vulgo, discedens hinc erga ipsum sanctum operis sui altarium in tenuissimo et angusto se retraxit ergastulo, de quo pro solo tantum diurnum atque nocturnum celebrandum procedebat officium, et sepe offerendum Domino sacrificium. Cum autem ibidem tempore quievisset, rapacissimum vorax ille insatiabilis lupus prosecutus animæ nostræ idcirco festinavit cum e consortium unanimitatim meas segregare, ut velut ovem errantem se eum facile aptum facheret pro <sup>c</sup>: cuius denique cordis intima ita furens aggressus est, ut est in tantis angustiarum molestiis faceret atrocitate fluctuare, ut nec die, nec nocte inter inde hic, et hinc illie discurrentem permitteret vel modico spatio tranquillæ quietis persistere. Hinc nequiter devictus, et facile superatus egrediens, per noctem carriagavit asinum, quem habebamus evectionem propter hujus erexit stolidorum necessitate, de librorum volumina quos ipsi sancto altario conscripserant, vel celera quæ ibidem de Dei dato contulerant, et temeranter persus ductus est ab inimico captivus.

59. Post hæc adhuc mecum doloris consuetaque

A tribulationis meæ ille supradictus Joannes meus discipulus, illius quoque magister primus, a quodam iniquissimo rustico, ab ipso invito perseguente diabolico precipiter impulsu, in predicto suo monasterio, ante sanctum altarium in oratione prostratum, est implissime et crudeliter capite truncatus.

60. Ipso quoque tempore licet Providentia divina, quæ semper pro pauperum suorum miseria sollicitam adhibeat curam, ne ego miserrimus ab omni consolationis praesidio relinquerer destituui, de terra nativitatis meæ sollicitavat ad timorem suum mihi proximum fratris mei Montani filium, nomine Joannem, qui compuncto corde veniens reliquit servitum regis, atque uxorem, et filios, vel omnia que habebat, et convertens cum famulo suo Evagrio se totò corde dominico mancipavit servitio, qui nunc usque quæ utrisque cellulis necessaria sunt fideliciter elaborans ministrat. Nam adjutus a Domino, qui eum sancti altari ipsius jussit esse ministrum, vineas in eodem deserto, hortum olerum, et multas pomiferas diversi generis plantavit arbusculas, atque domiciliis fundavit habitacula, et cetera quæ hic vel illi necessaria sunt, quotidie nititur ope Dei perficere, et in his desiderat usque ad finem vitæ sua permanere.

61. Post crebras, videlicet, inimico imprudente, penuria contritiones, atque amarissimas et tristes dispersionis desolationes, illa sempiterna pietas, quæ non vult factura sue perditionem, tribuit infelicitati meæ post quadraginta duorum continuo annorum contritionem aliquantum quietis, cupitam consolationem et remedium.

62. Insu er compunxit corda fidelium suorum ad misericordiae pietatem gloriosi principis, pontificum, cæterorumque Christianorum, qui largiflua in mea egestate operati sunt mercede, quam recipient centupliciter a Domino in hereditate coeleste. Hinc etenim scriptum est: Divi a ac sempiterna pietas post tempestatem diri-slamam tranquillum facit, et post lacrymationem et fletum iocunditatem insu dit. Et iterum: Gaudia post lucum venient; post gaudia luctus. Ploratum sequitur risus, et cantica planctus. Et ipsa Veritas dicit: Qui perseveraverit usque in finem, hic salvis erit.

63. Interdum dum juxta sanctorum apostolorum ego indignus inconvenisse demum praesidens altario, cumque prætenso latere montis nullus planitiae congruus pateret sinus, nostræ fragilitatis paulisper oscillante manu Dei, brevis hic, sed aptus, atriumculi locus opificum labore versus est in planum. Cernit nunc septas undique oleas, taxeas, laureas, pineas, cipreas, rosseasque myrices, perenni fronde virentes, unde rite horum omnium perpetuum nemus Daphnes nuncupatur diversarumque arbuscularum parte sis surculorum virgultis, hinc indeque insurgentibus vitium contexta palmitibus, viroris amoenissima protegente umbracula, sed monarchis opacitate

<sup>a</sup> Pro excrevissent.

<sup>b</sup> Prepostere haec videntur locata. Melius post scali ratu, me derelicto, discedens hinc, etc.

<sup>c</sup> Ille de quo supra, n. 50 et 51, non alter de quo n. 58 et 40; ille quippe diaconus a pseudo monachis, hic presbyter a rustico est occsus.

venusta, secundansque invia, ita solis ardoribus A  
ravante refrigerat membra, ac si antra tegant, et  
saxea protegat umbra, dum molli juxta rivuli decur-  
rentis sonitu deumulat auditus, atque rosarum, lilio-  
rum, cæterarumque herbarum flores nectareus aro-  
matizans redulet olfactus, et venustissima nemoris  
animum lenit amoenitas, sobrie et non fœta, sed fl-  
delis perficiatur charitas.

64. Juxta hujus situm ope Domini parvulum adje-  
cinnus hortulum, quem arborum plantationis clau-  
stra septum fecit easce munitionem, ut quantum plus  
post finis mei obitum lociflum transierit spatium,  
tantum fortior illum gigaens arboreum observabit  
claustrum \*. Tanquam navicula procellosis fluctibus  
quassata, desideratum tandem penetrat portum, ita  
ego indignus velut de monumento sepulcroque sus-  
citatus, aut ab infernali tenebroso carcere ejectus,  
præclara post tenebras perfruens luce, omnipotenti  
Domino immensas non sino agere grates, quod ad  
quietem sepe cupitam et crebro quasitam tanquam  
inerui jam saliente corpore pertingere locum. Et  
sic in eo confido, ut sicut me jussit aliquantulum  
de voragine saceruli facere alienum, ita de infesto et  
pessimo inimico faciat palmiferum victoriam obtinere  
triumphum, atque expiatum euncolorum contagione  
peccaminum per satisfactionis lamentum, cum his  
quos ad meum jussit prædestinare solatium, alnum  
dat poenitentiae fructum, vitæque æternæ consortium,  
qui peritum per crucis tropæum destruxit impe-  
rium.

QUOD DE SUPERIORIBUS QUERIMONIIS RE: IDVM  
SEQUITUR.

65. Dum olim juxta quod superioris querimonie  
breviter ord. declarat, necessitate compulsus, utpote  
juxta sæculare conventu<sup>b</sup> me in humili et angusto  
retrusissem ergastulo, in quo solus in tristibus tene-  
bris, penuriis coactus, velut jam in sepulcro  
angustiis mancipatus: cum [ autem ] hinc per supra-  
dicta serie suissem productus, intuens huic Rusianen-  
sis locum monasterii a mundana conversatione re-  
motum, et velut Gallorum Alpium procerrimas alti-  
tudinis montium ita esse circumseptum, ut non indi-  
geat parietis trusionem. Penetrando autem advenien-  
tibus a contra habitabilem partem prædiorum, tan-  
tum una antiquitas manufacta patet trames, que  
excisia rupibus ita tenuem et angustum reddit aggri-  
ris labyrinthum, in quo non nisi singulatim homines  
in timore periculi gradiuntur, quo hinc in vicino  
monasterii exempto in una procorriva rupe sanctissimi  
Fructuosi patuit oratorium. Qua excisa, ope  
Domini, sanctum ei constructum est templum: quod  
est positum habitationis hujus monasterii velut ter-  
minum et claustrum de ejus constructione; et hic  
juxta altare sanctorum apostolorum operatione, in  
superiore historia patet breviter comprehensum.

\* It est quemadmodum, vel sicut.

<sup>b</sup> Misere depraata seq.

66. Librorum vero volumina, tam quæ quotidiano  
officio, quam pro sanctarum festivitatibus præordi-  
ne pertinet anniversario, vel etiam diversarum san-  
ctarum Scripturarum quod ad ædificationis profe-  
cium atque industriae documentum proficit animarum,  
- ultraque altariorum sanctorum, juvante Domino,  
plenarium adcelebravi compendium. Pro quibus ope-  
ribus et bonorum hominum excursionem, atque  
summa charitatis dilectionem, hujus loci incole  
sumperunt atrocissimum zeli et invidiæ labore,  
atque publicas et clandestinas odihiles persecutio-  
nes, infandaque diabolice artis adhibuerunt apo-  
dixem, per quam præfati, atque eos qui publico  
sunt interfecti, cæteri qui remanebant conversi,  
mutata mente, turbati per diversas sunt terras  
B dispersi. Animalia namque quos de... illi sancto  
altario coemeram, funditus sunt extirpata, ac,  
sicut ait Elias propheta: Remansi ego solus. Et: Quærunt animam meam, ut auferant eam. Ex quo-  
rum impliçima clanculae susurratio mil'ia unus  
brutobardus atque ineptiæ sincordis babigerus, no-  
mine Firminus, qui est ipsius morbi gregis in rui-  
na perditione præpositus, nuperrime [ igitur ] de-  
mentie vesanie frustratus, quod non habuit unde in-  
felicitati mee crimen objiceret, pro sola bonorum  
Christianorum susceptione, charitate, et dilectione,  
me conatus est publica obtrectatione derogare, di-  
cens, eo quod ante me fuissem duo preabyteri in hac  
retrusione, qui vicinos, notos, et amicos recipie-  
bant intus in cellule que orticellæ, et de longe ve-  
nientes accipiebant per fenestram: quorem quasi  
meliorum conversationem mihi dolose invidens pest  
vituperationis objectionem, ipsorum quippe retrusorum  
primus diaboli persuasione, atque lasciviente  
voluptate devictus, et nequier superatus discedens,  
ad sæculi est vanitatem regressus; ille enim alias ita  
permansit otiosus, ut nullum post mortem imitabilem  
superstitibus relinquaret opus. Hinc autem Jacobus  
apostolus prædicat, dicens: quia Fides sine  
operibus mortua est. Ego vero inter bœc charitatis  
interius et exterius bisariam varietatem sancti apo-  
stoli Pauli semper observans, recordabor sententiam  
dicens: Omnis omnia factus sum, ut omnes luci  
sacerdem. Ad hoc autem de dogma Patrum pauca bre-  
viter adjiciam.

D 67. Beatus [ autem ] Arsenius cum ex genere clau-  
riassimo nobilis, et ex genti opulentia sublimatus de-  
geret in gloria, timore Domini correptus, dereliquit  
universa. Pauper et seminudus Scythicæ solitudinis  
ingressus est deserta, ibique se in exigua et areta re-  
clusit claustra, in qua dum diutius permaneret, vir  
Dei Theophilus Alexandrinus archiepiscopus deside-  
rans eum videre, notuit illi dicens: Si venio ad te,  
aperies mibi, ut videam te? At ille renotuit: Si ve-  
neris aperiam tibi. Nam si tibi, et omnibus. Cum-  
que haec prima ejus conversione fierint, postmodum  
[ vero ] ita compositus vitæ suæ ordinem, ut ad ecclæ-

<sup>c</sup> Deest non; infra quippe ait: Episcopum suscipere  
fasiidierat.

siam in congregationem cum multitudine aliorum Patrum solita solemnitate procederet; et multos sibi occurrentes in charitate susciperet, in tantum, ut una religiosa nobilis matrona ejus desiderio commota navigans de Roma, cuin per internuntios suggerebat, ut eum videret, et ille non acquiesceret, illa [vero] confusa ait: Confido in Deum, quia videbo eum. Et sic constanter pergens jussu Domini reperit eum extra cellam; et procidens prostravit se ad pedes ejus, et tandiu jacuit, quoisque ille elevareret eam, et ita factum est, ut qui ante episcopum suscipere fastidierat, postea per Domini voluntatem fidem seminarum, licet nolens, susciperet in charitate. Quoniam in futuro iudicio non locum clausum, aut apertum, non monasterium, non villam, non vicum, non habitum, aut sexum, requiret Dominus, sed secundum proprium opus singulis retribuet.

## DE NOVÆ VITÆ INSTITUTIONE.

Dilecte fili, dilige lacrymas: noli differre eas. Tantum promptus adesto lamentis quanto fuisti pronus ad culpam. Qualis tua fuerit ad peccatum intentio, talis ad poenitendum sit devotio. Sicut in profundum recesseras, ita revertere. Nulla res te de peccato securum faciat. Nulla te securitas vel deceptio blandiat. Incessanter in corde tuo spes et formido consistat, pariter spes, et metus, timor, et fiducia. Sic te spes indulgentiae erigat, ut metus gehennæ semper affligat, et timor semper emendet. Timor Domini expellit peccatum, et perimit vitium. Ubi timor non est, ibi dissolutio vitæ. Valere te magis animo, quam corpore opto. Adversitas corporis remedium est anima. Si prosperitas exixerit, non extollaris; si calumnia contigerit, pusillanimus non exstes; probari te in prosperitate cognosce, non extolli, et bona, et mala, prout tibi eveniant, mente libera sustine. Si potes iram vitare, vel sustine, vel tempera. Discere mala tolerare, magis quam facere. Detrahentem errores dissimulando calca, contumelias detrahentium patientia supera: propera verbo aspero patientie scutum opponere: quamvis quisque irrideat, quamvis quisque exasperet, quamvis insultet, quamvis injuriam faciat, quamvis afficiat contumeliis: tu tace, tu dissimula, tu non loquaris, tu exerce silentium; injuria non respondeas, convicium non retorques; discere a Christo modestiam, discere tole-

rantiam; injuriam passus pro nobis, reliquit exemplum nobis: nam palmis percussus, flagellis caesus, sputis deritus, clavis confixus, spinis coronatus, cruce damnatus, semper tacuit. Magna virtus est, si non iudas, a quo Iesus es; et magna gloria cui potuisti nocere, parcas. Maledicenti benedictionem oppone. Irascentem patientia declinare satage. Mala aliorum bono tuo supera: non enim habebis indulgentiam, nisi dederis, et si ille non supplicat, et si ille dimitti non postulat, tu relaxa ex corde, tu dimittit ex animo, ut Pater tuus qui in cœlis et dimittat tibi, sicut tu dimittis debitoribus tuis, hoc est, tibi consequentibus, tibi maledicentibus, et tibi calumniantibus. Alienæ nequitiae non serves dolorem. Invidia pestifero ardore bona composita devorat, invidia animum velut tinea comedit: pectus urit, mentem afficit, cor hominis, quasi pestis, depascit: occurrat enim contra zelum bonitas, adversus invidiā charitas præparetur. Retine semper vinculum constantiae. In omnibus actionibus tuis imitare bonos, emulare sanctos, habeto ante oculos exempla sacerdotum; sint tibi documenta Patrum, disciplina incitamenta; nec favor te seducat, nec vituperantia frangat: qui laudem non appetit, nec contumeliam seniit. Quid enim prodest, dum malus es, bonus dicaris? Discerne te iudicio tuo, non alieno; qualis haberi vis, talis esto. Professionem tuam non in habitu, sed in incessu demonstra. Sit in ingressu tuo simplicitas, in modo puritas, in gestu gravitas, et in incessu honestas appareat, nihilque levitatis: Gressus tui alterius oculos non offendat, nec des alii locum de te detrahendi. Fuge improbos homines, et iniquos, maxime eos qui ad vitia proni sunt. Socios bonos tibi conjunge, quia si fueris socius bonæ conversationis, eris et virtutis. Respuie sermones impudicos, sermo enim vanus vanæ conscientiae indicium est. Mens hominis lingua panditur; et qualis sermo ostenditur, animus comprobatur: loquere non quodlibet, sed quod oportet. De malo alterius os tuum non coquinies: iudicia tua, non aliena, attende. Quod ad te non pertinet, noli inquirere, nec quod inter se dicunt homines nunquam scire desideres. Quibus, adimplentes legis verbis, vitam æternam assequeris.

## VITA SANCTI FRUCTUOSI BRACARENSIS EPISCOPI.

(Ex Actis ordinis sancti Benedicti.)

## MABILLONII OBSERVATIONES PRÆVIÆ.

1. Sequens Vita S. Fructuosi regia ex stirpe editi, abbatia, monasteriorum ac monachorum plurimorum institutoris, deindecumque episcopi Bracarensis, scripta est ab auctore gravi quidem ac subpari, at Latinitatis ignaro: qui et quantum fideli narratione cognovit, pauca de S. Fructuosi principio ac fine vitæ perstrinxit, et sicuti in Præfatione protoquitur. Istam scriptiōnem S. Valerio abbatu monasterii S. Petri de Montibus tribuant Sandovalius et Tamayus (*Ad an. 605*): tametsi inter hancce Vitam et fragmentum

Sermonis ipsius sancti Valerii in Concordia Regul. cap. 3, § 7, relatum nonnulla videtur styli diversitas. Auctor in hoc opere testes adducit Fulgentii discipulos, Benematum cap. 12, Julianum cap. 15, Cassianum cap. 21, a quibus narrationis sue materiam acceptit. Istam incubrationem e membranis crenobii sancti Petri de Arlanza anno Christi 912 exaratis acceptam ediderunt Prudentius Sandovalius pars Fundat. monast. Hispan., et Johannes Tamayus Salazar in Martyrol. Hispan. ad diem 16 Aprilis; sed re-